

EUHEMERI RELIQUÆ.

COLLEGIT, PROLEGOMENIS ET ADNOTATIONIBUS INSTRUXT

GEYZA NÉMETHY

PHIL. D^r.



BUDAPEST.

KIADJA A MAGYAR TUD. AKADÉMIA

1889.

Euhemeri reliquæ.

(Felolvastatott a M. Tud. Akadémia 1888. október 22-én tartott ülésében.)

Quæstiones Euhemereæ.

CAPUT I.

De vita Euhemeri.

1. De patria Euhemeri diversa veteres tradiderunt. Ii tamen, qui vel paulo post Euhemerum vixerunt vel librum eius legerunt totamque doctrinam accuratius cognovisse videntur, Eratosthenes et Polybius apud Strabonem I. I. c. 3. et I. II. c. 4. (t. III. IV.)¹⁾, Ennius apud Lactantium²⁾ in Div. Inst. I. I. c. 11. (fr. XXIII.), Diodorus apud Eusebium³⁾, in Præpar. Evang. II. 2. (t. XVI.), quibuscum Plutarchus in I. De Is. et Osir. c. 23. (t. VII.), Aelianus Var. Hist. II. 31. (t. XII.) et Etymologicum Magnum s. v. Βροτὸς consentiunt, *Messenium* eum fuisse testantur.

Pæne nulla est auctoritas Pseudo-Plutarchi in I. I. De placit. philos. c. 7. (t. VIII.) *Tegeaten* eum facientis, quem Eusebius Præpar. Evang. XIV. 16., Pseudo-Galenus Phil. Hist. c. 35, (t. XI.) et Theodoreus Græc. affect. cur. p. 758. 760. (t. XXI. XXII.) sequuntur. Nam cum ille Aëtium sine ullo iudicio expilaverit, Aëtii autem testimonium ex communi fonte fluxerit cum Sexti

¹⁾ T littera testimonia de Euhemero a nobis collecta, Fr. autem fragmenta significat.

²⁾ Confer, que ad fr. XXIII. adnotavimus.

³⁾ Nam Eusebius hoc loco Euhemerum Messenium appellans certe Diodorum secutus est. Alibi enim, in Præpar. Evang. XIV. 16., Pseudo-Plutarchi testimonio usus *Tegeaten* eum fecit.

Empirici Adv. math. I. IX. 50. (t. X.) et cum Theophili ad Autolycum I. III. c. 5. (t. XIX. XX.), qui nomen scriptoris nostri sine patriae commemoratione afferunt, vitiatam esse errore quodam, ut siueius, libri Pseudo-Plutarchei memoriam iure suspiceris.¹⁾

Aragantinum appellat eum Clemens Alexandrinus in Protrept. c. II. 24. (t. XIII), quem Arnobius Adv. nat. I. IV. 29. (t. XIV.) secutus est, Coum autem Athenaeus I. XIV. p. 658. (fr. XL.), quorum tamen testimonia de Euhemero libroque eius nullo modo opponi possunt supra laudatis.²⁾ Quæ cum ita sint, equidem reiiciens Steinharti³⁾ suspicionem, qui plures has patrias Euhemero tributas longa eius peregrinatione explicare temptavit, in auctoritate eorum, qui eum Messenium appellant, acquiesendum puto.

2. Unde nova exoritur questio difficilis sane atque lubrica, quam solvere adhuc nemini contigit neque sperandum est fore, ut aliquando contingat: scilicet utrum Μεσσήνιος ἀπὸ Ηελοποννήσου an Μεσσήνιος ἀπὸ Σικελίας Euhemerus fuerit. De quo iam antiqui dubitasse videntur: quid enim verisimilius est, quam Tegeaten appellatum esse nostrum ab iis, qui patriæ eius urbis obliiti Peloponnesum, Aragantinum autem, qui Siculum eum fuisse meminissent? Ex iis certe, quæ de nostro antiquitus tradita sunt, utra præferenda sit opinio, nemo colligit; nam argumenta illa, quibus multi viri docti Siculum, nonnulli Peloponnesum fuisse eum demonstrare voluerunt, futilia sunt neque digna, quæ commoremur.⁴⁾

3. Aetas eius definitur Diodori apud Euseb. Præpar. Evang. II. 2. (fr. II.) testimonio, qui argumentum libri Euhemerei enarraturus procul dubio ex ipsa Sacra Historia hæc profert: Εὐάγερος μὲν οὖν φίλος γεγονὼς Κασσάνδρου τοῦ βασιλέως καὶ διὰ τούτου ἡγαγασμένος τελεῖ βασιλικὰς τινὰς χρεῖας καὶ μετίλας ἀποδημίας, unde eum Cassandro in Macedonia regnante, 316—297. a. Chr. n., floruisse appetet. Quibus accedunt Callimachi versus Messenii

¹⁾ Vide, quæ exposuimus. c. II. §. 12.

²⁾ Confer, quæ de Clemente c. II. §. 11. et de Athenaeo c. II. §. 13. diximus.

³⁾ In Encycl. Ersch-Gruber, ser. I. vol. 39, s. v. Euhemeros.

⁴⁾ Quibus disputationes legere sine ullo fructu subtiles in deliciis est, adeant libros Gerlachii (Historische Studien, I. p. 142), Ganssii (Quæst. Euhem. p. 4.) et Blumii (Einleitung in Rom's alte Geschichte, p. 101.).

nostri doctrinam oblique perstringentes apud Pseudo-Plutarchum in l. I. De placit. philos. c. 7. (t. I.):

Εἰς τὴν πρὸ τούτου; ἵστον ἄλλο; δεῦτε,
οὐ τὸν πόλει γέλλεται τὸ πλέον Ζεῦ
γέρειν γέλλεται ἄλλον βρέθεια πολὺ¹⁾

unde eum diu vixisse Historiamque Sacram in senectute scripsisse pro certo colligitur. Quæ si vera sunt, paulo etiam longius in hac quæstione progredi licet: nam eum Cassandi tempore, quo magnas illas susciperet maritimas expeditiones, in ipso sætatis flore, et, cum Callimachus versus laudatos scribebat, adhuc inter vivos fuisse probabile est. Itaque non multum fallimur, si eum exeunte quarto et ineunte tertio a. Chr. n. sæc., circiter ab anno 340. usque ad 260. vixisse statuimus.

4. Multa et magna eum itinera fecisse et Diodori verba supra allata et ipsæ Historiae Sacrae reliquæ docent neque ita difficile est in descriptione Panchaiæ (fr. III.) ubertatem terrarum orientalium expeditione Alexandri Magni patefactarum et mores institutaque populorum ibi habitantium artificiose adumbrata agnoscere.²⁾ Quare, cum in senectute otium nactus se doctrina de diis exponendæ causa ad scribendum conferret, vera fictis præser-tim in operis introductione³⁾ ita miscere potuit, ut apud lectores plurimos commentis suis fidem faceret.

5. De moribus eius quid statuendum sit, e testimoniosis veterum non eluet. Neque enim Callimacho, adversario acerrimo, quem audacissima hominis impietas offendit, temere credere licet eum *senem mendacem* (γέρων ἀλλαζόν) in fragmento supra laudato appellanti, quæ verba potius ad Historiæ Sacrae argumentum e veris fictisque commixtum, quam ad mores auctoris referenda esse videntur, neque Clementis Alexandrini auctoritatem, qui in Protrept. c. II. 24. (t. XIII.) Euhemierum, Nicanorem, Diagoram, Hippomenem, Theodorum aliasque atheos *probe vixisse* (πωφρόνως βεβιώ-

¹⁾ De textu constitendo confer, quæ ad t. I. adnotavimus.

²⁾ De qua re vide pristantissimum Rohdii librum: *Der griechische Roman und seine Vorfäuser*, p. 220—224.

³⁾ Qui de hac re plura legere volunt, consultant Blockii librum: *Échémère, son livre et sa doctrine*, p. 138—141.

νότας) affirmat, sequi possumus: laudibus enim efferre voluit polytheismi impugnatores, de quorum vita nihil fere sciebat.

6. Effugere denique debemus errorem illum paene inveteratum, quo permulti, præsertim qui de historia philosophiae Græcæ scripserunt, eum Theodori Cyrenensis discipulum vel saltem sectæ Cyrenensium addictum fuisse crediderunt. Neque enim ulla intercedit inter Theodori et Euhemeri doctrinas cognatio neque, quod noster apud Pseudo-Plut. De placit. philos. I. I. c. 7. (t. VIII.) et apud Sextum Empiricum. Adv. math. I. IX. 50. (t. X.) una cum Theodoro commemoratur, nos decipere potest, cum ibidem et Prodicus et Diagoras propter atheismum nominentur, quos non e Cyrenensium secta fuisse inter omnes constat.¹⁾ Nihilominus erraret, si quis Pseudo-Plutarchi inter philosophos eum adferentis testimonio confisus Euhemerum re vera philosophum fuisse putaret: doxographi enim propter doctrinam de diis in Historia Sacra expositam, quæ referri potuit ad theologiam, philosophiæ partem, philosophis eum adnumerarunt. Contra, qui inventa eius ad illustrandam antiquitatem aliquid valere putarunt, ut Diodorus apud Euseb. Præpar. Evang. II. 2. (t. XVI.), historicis adscribere nostrum non dubitarunt. Quo factum est, ut, cum re vera neque philosophus rerum naturam sanctissimo cognitionis amore scrutans neque historicus antiquitatis peritus fuisset, utroque a posteritate nomine ornaretur.

CAPUT II.

De Euhemeri apud veteres praeter Ennium memoria.

1. Euhemerus nihil præter illum librum edidisse videtur, qui inscribatur Ἱερὰ ἀναγραφή, ut Diodorus apud Euseb. Præ-

¹⁾ Quo magis miror Nietzschei temeritatem, qui in Mus. Rhen. t. XXV. p. 231, apud Diogenem Laertium I. II. c. 97: "Ην ε' οἱ Μεσσηνοὶ πανταπάντων τὸς ποτὲ εἶδον θέλαι, καὶ αὐτοῖς πειραγμονεύει βεβλῶν ἐπεργασούσιν. Ηεὶ θεῖν οὐκ εὐκατασσούσιν. Εἴ τοι πατέρα Ἐπίκουρον λαβόντα τὸ πλεῖστα εἰδένειν, πρὸ Epicuri nomine Euhemerum scribendum esse censuit. Nam, ut e tota eius ratione eluet, recentiorum libris confisus Euhemerum sectæ Cyrenensium fuisse addictum, quod nullo comprobatur veterum testimonio, pro certo accipere non dubitavit!"

par. Evang. II. 2, 3. (t. XVI.) et Athenæus I. XIV. 658. (fr. XL.) testantur. Omnia certe, quæ ex Euhemero veteres sine indice libri adferunt, commode ad Historiam Sacram referri possunt. Nam ex eo, quod sub nomine Messenii nostri Τερός λόγος in Proverbiorum codice Bodleiano (fr. XLII.) laudatur, plura eum scripsisse non consequitur, cum titulum istum pro Τερός ἀναγραφῇ paulo negligenterius positum esse nemo non videat ipsumque proverbium ibidem allatum ad Euhemeri doctrinam in Historia Sacra expositam prorsus accommodatum sit.*)

2. Librum nova fabularum explicandarum ratione commendatum neque recondita doctrina ab intellectu imperite multitudinis remotum initio plurimi legerunt, quo factum est, ut mox et sectatores haberet in verba magistri iurare additos et obtrectatores diversis de causis acerrimos. Nempe offendit homines opinio-num a maioribus traditarum tenaces, qui religionis metum nondum abiecerunt, audacia illa, qua noster deos maximos homines fuisse non optimos confidentissime contendit. Quorum in numero erat Callimachus, qui non in fragmento solum supra (c. I. §. 3.) laudato, ubi Euhemerum *senem mendacem* appellavit, sed etiam in Hymno in Jovem vss. 8—9:

κοῆτες δὲ φεύγεται· καὶ γὰρ τάπον, οὐ χάρα, σατο
κοῆτες ἀπεκτίναγοτε· τί δ' οὐ σάρες, έσσοι γὰρ αἰτι

hanc doctrinam oblique perstrinxisse videtur. Neminem enim offenderunt ineptæ Cretensium fabulæ, antequam Euhemerus eas callidissime in impiorum usum detorsit.

3. Sed ne iis quidem Historia Sacra placeare potuit, qui veritatem nulla opinione præiudicata ducti via ac ratione scrutantes hanc in quæstionibus gravissimis levitatem a dignitate scientiarum alienam, vulgo autem imperito noxiā putarunt. Hinc adeo exarsit Eratosthenis ira, ut nostrum cum Antiphane Bergaeo, scriptore mendacissimo, comparaverit (Strab. I. c. 3. p. 47; t. III. apud nos) suo-certe iure: oderat enim vir doctissimus in orbe terrarum describendo occupatus homines veritatis minime diligentes, qui ne iis quidem temporibus, cum post clarissimam Alexandri Magni in Asia expeditionem terræ remotissimæ maximo ardore pervestiga-

*) Vide c. IV. §. 7.

rentur, fictis insulis, montibus et oppidis libros complere destiterunt.

4. Similiter etiam Polybius (apud Strab. I. II. c. 4. p. 104.; t. III. apud nos) de Euhemero indicavit, quippe qui hominem fabulosa congerentem historicis adnumerari *) aegre ferret.

5. Neque tamen multos auctoritas eius deterruit, ne doctrinæ de diis novitate capti etiam in iis, que noster de terris incognitis narrasset, Historiae Sacre fidem tribuerent. Quorum e cohorte unus nobis exstat Diodorus Siculus, qui non Euhemeri solum, sed etiam Euhemeristarum plurimorum commenta in Historiis suis exposuit. Ille enim in l. V. c. 41—46. Panchiam insulam copiose describit, auctoris nomen hic reticens, quod tamen in fragmento l. VI. (fr. II.) diserte commemorat Panchiamque breviter iterum describit adiiciens: περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος ἐν ταῖς πρὸ ταύτης βιβλοῖς ἀναγεγράφαμεν; deinde in eodem fragmento l. VI. apud Eusebium Præpar. Evang. II. 2. doctrinam nostri fabulasque eius ad deos pertinentes inde ab aetate Urani usque ad Jovem paucis exponit (t. XVI.; fr. II. VI. IX. XXI. XXIV. XXVI.). Qui, qua erat eruditio, tam accuratam præbet Historiae Sacrae notionem, ut euidem nullam videam subesse causam, cur ei ipsum Euhemeri librum notum fuisse negemus, præsertiu cum primi sex libri, quo studio huic fabularum explicandarum rationi addictus fuerit, ubique luculenter doceant neque alium inveniamus auctorem, quem tam religiose exscripserit. Certe nemo eorum, qui hue usque de fontibus Diodori tam multa exposuerunt, ut ab eo non ipsos auctores in libris commemoratos letos esse demonstrarent, alium auctorem eruere potuit, cui Euhemera in l. V. et VI. probabiliter tribuenda essent. Ceterum, quoquo modo res se habet, hoc unum, quod ad nostram questionem maximi est momenti, fidem Diodori in his rebus esse integrum, pro certo accipere licet.

6. Primum, quod ad l. V. c. 41—46. (fr. III.) attinet, descrip-
tio Panchiae est epitome satis ampla e libro primo Euhemeri,
quamquam insunt nonnulla, que ipsa Messenii nostri verba referre
videtur. Cum enim in tota descriptione Diodorus præsenti verbo-
rum tempore, ut geographum decet, uteretur, interdum paulo
neglegentius excerpens imperfectum tempus ab auctore suo usurpa-

tum retinuit, velut in fr. III. 43, 3.: Ην δὲ καὶ τῶν φοινίκων στελέχη μεγάλα καὶ καρποφόρα διαφερόντια καὶ καρδα: πολλαὶ ἀκροδρόμων διαφίεστά την τοῖς ἔργοις ἀπόλαυσι παρεχόμεναι. Χωρὶς δὲ τούτων ὑπῆρχον ἄμπελοι πολλαὶ καὶ πανιδαπαῖ, αἱ πρὸς οὓτος ἀνηρμέναι καὶ διαπεπλεγμέναι ποικίλιαι ἴδεται τὴν πρόσοψιν ἐποίουν καὶ τὴν ἀπόλαυσιν τῆς ὥρας ἑτοιμαστάτην παρείχοντο: et ibid. 44, 1—2.: Ο δὲ ναὸς ὑπῆρχεν ἀξιόλογος ἐν λίθῳ λειχοῦ, τὸ μήκος ἔχον δυοὺς πλέθρου.... Κόκλῳ δὲ τῷ ναῷ τὰς σίκιας εἰχεν οἱ θεραπεύοντες τοὺς θεοὺς ἵερεις, δι' ὧν ἀπαντα τὰ περὶ τὸ τέμενος διφυκίτο. Nonne manifestum est, Euhemerum, quippe qui se in Panhaia fuisse fingeret, velut præterita, que ibi vidisset, rettulisse, Diodorum autem geo-
graphorum more insulas Oceani meridiani describere volentem presenti tempore minus constanter esse usum?

Præterea nonnulla, que in Euhemero legit, omisit. Exempli gratia Euhemerus circa templum Jovis Triphylii regionem planam fuisse, sed ipsum fanum in tumulo quodam exstructum longe eminuisse narravit, Diodorus autem fr. III. 42, 6. haec tantum dicit: ἵερὸν Διὸς Τριφύλιον κατίμενον ἐν γώρᾳ πεδιάδι, ut descriptio-
nis explendæ gratia ad fragmentum l. VI. (fr. II. 6.) configendum sit, ubi legimus: κατὰ τον λόφον ὑψηλὸν καθ' ὑπερβολὴν ἵερὸν Διὸς Τριφύλιον.* In fine autem eiusdem particulæ (fr. III. 46, 7.): Κατὰ δὲ μέσην τὴν πλεύην ἔστηκε στήλη γραπτὴ μεγάλη, γράμματα ἔχουσα τὰ παρ'. Λιγυπτίος ἵερά καλούμενα, δι' ὧν ἡσαν αἱ πράξεις Οὐρανοῦ τε καὶ Διὸς ἀναγεγραμμέναι, non dicit, quod maximi est momenti, gesta illa ab ipso Jove esse prescripta, ut Lactantius docet (fr. XXIII.): «Ubi auream columnam positam esse ab ipso Jove titulus indicabat, in qua columna gesta sua prescripsit.»

In fragmento l. VI. theologiam Euhemeri summatim tantum attingit; nam reliquæ versionis Ennianæ apud Lactantium ser-
vatae multo plura ad Saturnum, Uranum et Jovem pertinentia
præbent. Dolendum tamen est, non totam hanc l. VI. particulam
ab Eusebio esse servatam, de qua re vide, que ad fr. XXIV. ad-
notavimus. Inerant fortasse nonnulla de diis post Jovis aetatem
regnantibus.

7. His Euhemeri apud Diodorum reliquiis contenti esse
debemus neque audiendus est Heyne, qui etiam l. I. c. 27. nostro

*) Vide c. I. §. 6.

*) Vide adnot. ad fr. II.

vindicandum esse censem. Sermo est autem ibi de Iside et Osiride neenon de sepuleris eorum. Sed, quamquam Minucius Felix in Oct. c. 21. etiam Isidis sepulcrum ab Euhemero monstratum esse testatur, narratio Diodori ad Historiam Sacram referri nullo modo potest, si ea consideramus, que Isis in titulo monumenti de se dicit; εγώ εἰμι ἡ τοῦ νεκράτου Κρόνος θεοῦ θυγάτηρ, quibus addenda sunt Osiridis verba: πατέρα μὲν ἔστι μοι Κρόνος νεκράτος θεῶν ἀπόλαντος. Iam hoc a doctrina scriptoris nostri, qui Saturnum ante Jovem regem et deum fuisse narravit, alienissimum est.

Plura etiam apud Diodorum Euhemero tribuit *Ganss*, argumentis usus levissimis aut omnino nullis. Nam ea, que Diodorus in l. II. c. 9. de Jovis Beli templo dicit: Ἐν μέσῃ τῇ πόλει κατέσκευατον ἵερὸν Διός, ὃν καλούσιν οἱ Βεβράλων, καθίστηκεν εἰρήνημεν, Βῆλον, frusta comparantur cum fr. XXIV., ubi Belus, hospes Jovis, commemoratur. Certe aliter res se haberet, si Diodorus Jovem hoc loco fanum hospitis sui Beli nomine sibi ercavisse narraret, quod esset, ut e fr. XXVII. elueet, vere Euhemereum. Quae cum ita non sint, totam narrationem Ctesiae potius, quem Diodorus auctorem in rebus Assyris nominat, tribuendam esse censeo.

In l. II. c. 20., ubi de Semiramide sermo est, ipse Diodorus commemorat auctores suos: Κτησίας μὲν οὖν ὁ Κυπρίος περὶ Σεμιράμιδος τοιαῦθεν ιστόρηκεν. Αθηναῖος δὲ καὶ τινες τῶν ἄλλων συγγραφέων φασὶν αὐτῷ ἐταιρεῖ γεγονέναι ἐντρεπτὴ καὶ διὰ τὸ καλλος ἐρωτικῶς ἔχειν κότης τὸν βασιλέα τῶν Ασσυρίων. Deinde, quomodo Semiramis regno potita sit, enarratur, sed apotheosis eius, e qua sola Euhemerea loci origo enucleari possit, omittitur.

In l. II. c. 38., 39., ubi de Baccho et Hercule multa legimus, nullum apparet doctrinæ Euhemereæ vestigium. Locum *Megastheni* esse probabiliter tribuendum omnes fere viri docti consentiunt.

In l. III. c. 52—56., 60. narrationes occurunt de Amazonibus Libye, de Cælo Atlantorū rege, de Atlante et Saturno. Hæc omnia Dionysio, — Mitylenensi, ut viri docti non sine iure suspicantur — tribuit ipse Diodorus neque ego Ganssio potius quam ei ipsi credo.

In l. III. c. 61. sermo est de Jove et Curetibus neque tamen Curetes, ut doctrina Euhemeri postulat, filii Jovis appellantur.

In l. III. c. 71—72. Bacchi expeditio contra Saturnum et

Titanes describitur. Sed Titanes secundum Historiam Sacram filii fuerunt Titanis (fr. XV.), fratris Saturni, quod hoc loco longe aliter est.

«In l. V. c. 64—80. — ait demum *Ganss* — totam perstringit insulae Crete historiam; hanc totam farraginem ex Euhemero fluxisse tantam mihi habere videtur probabilitatis speciem, ut ne audiam quidem Diodorum ad Epimenidem, Disiadam, Sosiceratem, Leosthenidem (c. 80) provocantem auctores». Vides iam hominis levitatem, qui, præterquam quod Diodoro auctores laudanti credere non vult, non considerat, diversissimas, quæ nullo modo cohaerent, fabulas hoc loco commisceri, quod maxime abhorret a libro Euhemeri, qui non fabularum collectionem, sed coherentem de diis ab initio usque ad finem narrationem instituit. Similes ineptias profert de l. I. cc. 27., 28., 44., 47., 53., et de l. IV. c. 1—39., quæ simpliciter commemorare sufficiat; nam tñdet pigetque tempus conterere in conjecturis ab auctore ipso nullis argumentis confirmatis et refutandi labore minime dignis.

8. Inter Romanos accuratam doctrinæ Euhemereæ notionem habuisse videntur viri doctissimi *Varro* et *Hyginus*. Nam, quod Festus s. v. *Sus Minervam* dicit: «Quam rem in medio, quod aiunt, positam *Varro* et *Euhemerus* ineptis mythis involvere maluerunt», intellegendum est, ut omnes consentiunt, de fabula Euhemereæ a Varrone relata, qui etiam versionem Enni maxima cum eura perlegit, ut e libro *De re rust.* I. c. 48. (fr. XLVII.) elueet. Graecum enim proverbium, Τις πρὸς Ἀθηνᾶν Messenius noster more suo fabula quadam dea Minerva parum digna explicasse videtur.

Hyginus autem in Astronomicis præter Eratostenem etiam Euhemerum interdum consuluit, quem ter commemorat, in l. II. cc. 12., 13., 42. (fr. XXII., XXX., XXXIX.). Quod de Jove dicit, eum amicæ Aegis et filii sui Aegipanis gratia inter astra capræ figuram collocasse (fr. XXII.), certe non de Aege in cælum evecta, sed de stella a Jove capræ nomine nobilitata intellegendum est. Maior est difficultas in iis, quæ de Venere dicit: «Hæc autem Mercurio data existimatur, quod primus menses instituerit et perviderit siderum cursus. Euhemerus autem Venerem primam ait sidera constituisse et Mercurio demonstrasse». Quibus repugnare videtur Diodorus apud Eusebium *Prepar.* Evang. II. 2. (fr. VI.): Οὐαρεῖς

γεγονέναι βασιλέα, ἐπιεικῆ τινα ἄνδρα καὶ εὐεργετικὸν καὶ τῆς τῶν ἀστρων
τυγχάνειν ἐπιστήμονα. Sed si ea, qua de Mercurio Hyginus dixit,
respies, intelleges *menses ex astrorum cursu Venerem constituisse primam*, qua ratione Messenius noster fortasse cognomen Veneris
Uranie explicare voluit. Si ita res se habet, ut recte vidit Siroka,
Hyginus non dissonat a Diodoro.

9. Inter auctores suos in indice l. XXXVI. Nat. Hist. nominat Euhemerum Plinius, deinde in c. 12. libri eiusdem in eorum numero ponit, qui de pyramidibus scripserint. Quod noster fecisse videtur, eum tractaret deos Aegyptiorum (fr. XLIV.). Ad eundem referenda sunt, qua l. VII. 56. de Aeaco quodam, qui in Panchaia auri metalla et flaturam invenisse perhibetur, legimus. De Panchaia enim Diodorus in l. V. c. 46, 4. dicit: «Ἐγεῖ δὲ ἡ γῆρας μέταλλα
δαφνῆς χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου» (fr. III.), Lactantius autem (fr. XXVIII.)
e versione Ennii, si quis quid novi invenisset, id in monte Olympo,
qui secundum Euhemerum in Panchaia erat, Jovi ostendisse narrat, ex quo iam in Historia Saera etiam fabulam de metallorum
inventione infoisse probabiliter colligitur. Quo magis miror, hunc
Plinii locum a nemine adhuc eorum, qui in Euhemero operam
collocarunt, commemoratum esse. Nam scriptor Romanus, qui, si
non ipsum Euhemerum, certe versionem Ennii legit, in his rebus
fide maxime dignus est.

10. Inter scriptores, qui Judæorum antiquitatem suo testimonio confirmaverint, etiam Euhemeri mentionem facit Josephus
contra Apionem l. I. c. 23. (fr. XLIII.), cui, cum Historiae Sacrae
auctor deorum patrias et sepulera per provincias monstrans,* ut
Aegyptum, ita et Palestinam describere potuerit, non est cur fidem
abrogemus. Locum exscripsit Eusebius in *Præpar. Evang.* IX. 42.

Strabonis de doctrina Euhemera et notio et iudicium a Polybio et Eratosthene pendere videntur (t. V. VI.).

Plutarchus in l. de Iside et Osiride c. 23. eodem, quo Callimachus, impiorum odio ductus acerrime in nostrum invehitur,
sed ipsam Historiam Sacram sibi notam non fuisse invitum prodit;
nam ne nomina quidem a nostro ficta recte profert, *Πάγωντα* pro
Πάγαις, *Παγῶντα* pro *Παγῶσις*, *Τριψόλλον* pro *Τριψόλιον* scri-

bens, quod nemini veterum præter eum accidit (t. VII.). Ceterum
confer, que ad t. VII. adnotavimus.

Aelianus Var. Hist. l. II. 31. (t. XII.) Euhemerum simpliciter nominat inter ceteros atheos, Diogenem, Hipponem, Diagoram,
Sosiam et Epicurum, quæ nomina eo tempore quivis, ut ita dicam,
de trivio petere poterat.

11. Novum splendorem Euhemeri nomen accepit a scriptoribus ecclesiasticis, qui gentilium errores ex ipsorum scriptis refutare voluerunt. Eius doctrinam perstrinxisse videtur iam Athenagoras in Legat. pro Christian. p. 35.: οἱ δὲ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκοντες
θεοῖ καὶ τοῖς εἰκόσι ἐπονομαζόμενοι, ὃς ἔστιν ἐξ τῆς κατ᾽ αὐτοὺς ιστορίας εἰδέναι, ἀνθρώποι γεγόνασι. Honoris causa nominat eum, Nicanorem Cyprium, Hipponem et Diagoram Melios, Theodorum Cyrenensem *Clemens Alexandrinus* in Protrept. c. II. 24. (t. XIII.),
quos et probe vixisse et vulgi errores refutasse affirmat. Neque tamen scripta Messenii nostri cognovisse, sed, ut eius mos erat, ab aliis auctoriis nomina eorum, quos ipse auctores profert, sumpsisse videtur, in eo certe vehementer errans, quod Euhemerum Agragantium appellavit, quem Messenium fuisse testes locupletissimi, Eratosthenes, Polybius, Diodorus et Ennius docent. A Clemente totus pendet Arnobius, qui *Adv. nat.* l. IV. c. 29. (t. XIV.) eosdem atheos Euhemerumque *Aragantinum*, in auctoris sui errorem incidens, diserte commemorat.* Sed plura etiam in Clementis libro insunt, quæ non sine iure ad Euhemerum referenda esse videntur, de quibus ut recte instituatur quæstio, proficiscendum est a Lactantii loco de Venere in *Div. Inst.* l. I. c. 17. (fr. XXXII.): «Quæ (sc. Venus) prima, ut historia sacra continetur,
artem meretriciam instituit auctorque mulieribus in *Cypro* fuit,
uti vulgato corpore quæstum facerent, ne sola prieter alias mulieres impudica et virorum appetens videretur». Vides iam secundum Euhemerum, quod præter eum inter ethnicos nemo ausus est affirmare, meretricem fuisse Venerem, de qua consulendi sunt duo Clementis Alexandrini loci in Protrept. c. II. 13. et 14. (fr. XXXIII., XXXV.), ubi Venus meretrix a Cinyra, rege Cyprio, consecrata et in eius honorem mysteria condita esse narrantur, quam fabulam a Clemente sumpserunt Arnobius *Adv. Nat.* l. IV. c. 24. et l. V. c. 19.

* Confer Minucii Felicis verba in *Oet.* c. 21. (t. IX.)

*) Vide adnot. ad t. XIV.

(fr. XXXIV., XXXVI.) et Firmicus Maternus De err. prof. relig. c. 10. (fr. XXXVII.). Nam præterquam quod uterque etiam in aliis multis a Clemente pendet, eadem fere verba, quibus Clemens narrationem finit: *καὶ φαλλὸς τοῖς μωρομένοις τὴν τέχνην τὴν μοιχείην ἐπιδίδοται· νόμισμα δὲ εἰσφέρονταν αὐτῇ οἱ μωρόμενοι, ὡς εἰπεῖν τοις παστοῖς*, occurunt apud Arnobium: «certas stipes inferunt ut meretrici et referunt *phallos*» et apud Firmicum: «consecratae Veneri a sacerdotibus suis stipem dari iussit ut scorto». Plura de eadem re, quam Clemens præbet, legisse videtur Theodoretus Graec. affect. cur. c. III. (fr. XXXVIII.), qui, præterquam quod Venerem meretricem et Cinyre amicam fuisse narrat, haec quoque dicit: «Τὴν γε Ἀφροδίτην οὐδὲ εὐεργεσίας τυπὸς ὄρθασσεν, ἀλλὰ καὶ ὀχολοσίας γενενήσθαι διδάσκαλον», ubi eandem rem, quam Lactantius loco supra laudato, scilicet artem meretriciam a Venere primum institutam attingere videtur. Quae cum ita sint, has omnes fabulas inter se arctissime cohædere atque Euhemero vindicandas esse, præser-tim cum et artis inventio Veneri tributa et mysteriorum explicatio ad totam doctrinam prorsus aptæ sint, facile colligitur. Quodsi eiusdem Clementis locum in Protrept. c. II. p. 29.: *Ἀρροδίτη δὲ εἰπειτε Αρε: κατησχυμένη μετῆλθεν ἐπὶ Κύπρου*, ex Euhemero fluxisse aliquando demonstrari posset, haberemus fabulam apte expletam: Venerem in Martis adulterio deprehensam meretricem in Cypro et amicam regis esse factam.

12. Etiam Euhemeream rationem inter doctrinas philosophorum a doxographis receptam esse testatur Pseudo-Plutarchus De placit. philos. I. I. c. 7. (t. VIII.), ubi præter Euhemerum, qui *Tegeates* appellatur, Diagoras Melius et Theodorus Cyrenensis commemorantur. Cuius testimonium maiore eum cura, quam antea factum est, in questionem vocare debemus, ex quo *Diels*, vir ingenii sagacitate præclarus, in *Doxographis Graecis* libro De placit. philos. cum Stobæo et Theodoreto comparato, velut ex inferis excitavit nobis Pseudo-Plutarchi auctorem, collectorem Placitorum, Aëtium. Totus autem locus in I. De placit. I. c. 7, 1—10., ubi contra Anaxagoram et Platonem divina providentia vehementissime impugnatur, ut Zeller in *Hist. phil. Graec.* (t. I. p. 895. ed. IV.) argumentis gravissimis docuit, pendet ab Epicureo quodam, quem Philodemo aliquanto inferiorem fuisse *Diels* (*Doxogr. Graec.* p. 59.) suspicatur. Ergo iam apud eum nostri nomen occur-

rit, quod sine ulla doctrinæ Euhemereæ notione ab eo¹⁾ sumpsit Aëtius, ab Aëtio deinde Pseudo-Plutarchus, a Pseudo-Plutarcho denique Pseudo-Galenus *Hist. phil.* c. 35. (t. XI.), qui similiter Euhemerum Tegeaten, Diagoram Melium et Theodorum Cyrenensem commemorat maximamque libelli sui partem a c. 25. usque ad finem ex ipso Pseudo-Plutarcho excerpit.

Prius exscripsit Pseudo-Plutarchi locum Eusebius in *Prepar. Evang.* XIV. 16., a quo Theodoretus in *Graec. affect. cur.* p. 750. 760. (t. XXI. XXII.) pendet. Quamquam enim ipse ad Plutarchum provocat, tamen, ut *Diels* in *Doxogr. Graec.* p. 45. sqq. exposuit, in excerptis suis ampliore Aëtii libro, non Pseudo-Plutarchi epitome, quam fama tantum noverat, usus est. Deinde, quod Diagoram *Milesium* nominat consentiens cum Eusebio, furtum reddit manifestum.

Atheonum autem nomina et sententias Epicureus ille, ut *Hirzel* (Untersuch. zu Cicero's phil. Schriften, t. I. p. 39.) argumentis probabilibus demonstrare studuit, ex Clitomacho hausisse videtur, unde Sexti Empirici in I. *Adv. math.* IX. 50. (t. X.) excerpta pendere verisimile est. Ceterum quoquo modo res se habet, hoc unum pro certo accipere licet, Aëtii et Sexti Empirici locos ex communi fonte diversis rivulis fluxisse. Apud utrumque enim Euhemerus, Diagoras et Theodorus commemorantur, Callimachi de Euhemero et Critiae versus occurunt, nisi quod in libro *De placit. phil. versus Critiae* perperam Euripi tribuuntur, quem errorem commutato lemmate florilegii, quo Aëtius usus sit, ortum esse censem *Diels* in *Doxogr. Graec.* p. 59.

Denique locus de impiis in florilegio illo,²⁾ quo Theophilus, episcopus Antiochie, qui Critiae, Protagoræ et Euhemero atheis Pythagoram, Clitomachum et Epicurum addere non dubitat, et postea Stobæus usi sunt, certe communem cum Sexto Empirico et Aëtio fontem habuit. Quare ea, que Theophilus ad Autolycum I. III. c. 5. (t. XIX.) de Euhemero hariolatur: *Τὰ περὶ Εὐημέρου*

¹⁾ Quamquam Aëtium non ex ipso Epicurei libro, sed e florilegio quodam, ubi etiam Epicureus ille expilatus esset, eclogas de diis hausisse argumentis probabilibus evincere temptavit *Diels* (*Doxogr.* p. 59.).

²⁾ Confer, que de communi Theophilii et Stobæi fonte *Diels* exposuit in *Mus. Rhen.* t. XXX. p. 172.—181.

τοῦ ἀθεωτῶν πέρισσον ἥμην καὶ λέγειν· πολλὰ γάρ περὶ θεῶν τολμῆσας φθέγξασθαι ἔσχατον καὶ τὸ ἔξολον μὴ εἶναι θεός^{*)} ἀλλὰ τὰ πάντα αὐτοματισμῷ διοικεῖσθαι βούλεται; *Diels* (Doxogr. p. 59.) lemmate correcto potius ad Diagoram referenda esse censem, de quo Sextus l. l. dicit: Διαγόρας δὲ ὁ Μήλιος διδιηραψυζοτούς, ὡς φασι, τὸ πρώτον γενέμενος ὡς εἴ τις καὶ ἄλλος δειποδάμων δὲ γε καὶ τίς ποιήσεως ἔσυτον κατήρέστη τὸν τρόπον τούτον· κατὰ πάντα καὶ τούτην πάντα τελεῖται, ἀδικηθεῖς δὲ ὑπὸ τοῦ ἐπιορκήσαντος καὶ μηδὲν ἔνεκα τούτου παθόντος μειημόσαστο εἰς τὸ λέγον μὴ εἶναι θεόν. Quam suspicionem confirmat Theophili incuria, qua sæpius florilegii sui lemmata aut corrupta esse non sensit aut inter se permutavit. Accedit, quod ita facillime, cur Theophilus Diaoram inter atheos neglexerit, explicari potest. Tamen, si confers, quae scriptor ecclesiasticus ibidem de Pythagora non sine ridiculis erroribus dicit: Πυθαγόρας δὲ τοσαῦτα μοχθήσας περὶ θεῶν καὶ τὴν ἄνθρακα πορειῶν ποιησάμενος ἔσχατον ὥριζε: φύσιν καὶ αὐτοματισμὸν εἶναι φύσιν πάντων καὶ θεῶν ἀνθρώπων μηδὲν φροντίζειν, iure suspiceris fieri potuisse, ut homo alienis pennis nitens omnes divinitatē providentia impugnatores, quibus etiam Euhemerum ibidem (t. XX.) adnumeravit, αὐτοματισμῷ in explicando rerum ordine usos esse crederet eaque de causa atheismo Euhemeri condemnato de suo adderet: ἀλλὰ τὰ πάντα αὐτοματισμῷ διοικεῖσθαι βούλεται. Ceterum, quoquo modo res se habet, si quis Theophilus, scriptoris in his rebus fide minime digni errorumque plurimorum convicti, verba ad exemplandam doctrinam Euhemericam cognitionem apta esse putaret, erraret vehementissime.

Perlustratis igitur qui ex communi fonte atheistorum indicem hausisse videntur, scriptoribus hoc unum addere licet, Euhemerum *Tegeaten* tantum apud Pseudo-Plutarchum sectatoresque eius nominari, apud Sextum Empiricum et Theophilum omissa patria urbe commemorari, ut suspicio, errorem Aëtio vel Pseudo-Plutarcho potius, quam Epicureo illi vel, si diis placet, Clitomacho esse tribendum, maxima commendetur probabilitatis specie.

13. Quibus ita expositis facilius iam erit, unde Sextus Empiricus Adv. math. l. IX. 17. (fr. I.) locum Euhemeri ad verbum

^{*)} Eisdem fere verbis dicit Psendo-Plutarchus l. l. de atheis: Κατόλου μη εἶναι θεός.

exscriptum sumpserit, probabili assequi conjectura. Nam si ea, quae de Euhemeri apud doxographos et in florilegiis memoria exposuimus, moremque illius ætatis in auctoribus laudandis consideramus, verba eius hoc uno loco integre servata e tali potissimum fonte fluxisse non sine iure nobis videmur suspicari. Accedit, quod Sextus Adv. math. l. IX. 34. Euhemerum sectatoresque refutaturus tamē committit errorem, ut doctrinam scriptoris nostri ei parum accurate fuisse notam statim appareat. Dicit enim l. l. hec: «Οἱ δὲ λέγοντες τοὺς πρώτους τῶν ἀνθρώπων ἡγεμονεύσαντας καὶ διοικησάς τῶν κοινῶν πραγμάτων γενομένους πλείστα δόναριν αὐτοῖς περιθέντας καὶ τιμὴν πρὸς τὸ ὑπακοεῖν τὰ πλήθη, τούτους χρόνῳ τελευτήσαντας θεός ὑποληφθῆναι, πάλιν οὐ συνιᾶσι τὸ ζητούμενον. Αὗτοι γάρ οἱ εἰς θεός ἀνάγοντες αὗτοὺς πᾶς ἔννοιαν ἔλαβον θεῶν εἰς γνῶστούς ἐνέταξαν; τούτο γάρ δεύμενον ἀποδείξεως παρεῖται. Quibus refutari non potest Messenius noster, qui non reges priscae ætatis, Uranum, Saturnum et Jovem fuisse primos deos, sed iam ab Urano, qui siderum cursus pervidisset, numina caelestia culta esse (fr. VI.) narravit, unde secundum doctrinam eius e siderum contemplatione ortam esse in hominibus primam divinitatis notiōnem probabiliter colligitur.

Idem fere, quod ad fontem attinet, statuendum esse videtur de Athenæo, qui l. IX. p. 658. (fr. XL.) ineptam de Cadmo et Harmonia e libro tertio Sacrae Historiae narrat fabulam.

14. Ad paroemiographos antiquiores redit, quod de Euhemero in Proverbiorum codice Bodleiano (fr. XLII.) legimus. Cum enim noster in Historia Sacra, ut ex hoc loco et e fr. XXI. apud Festum servato elucet, variis fabulis explicasset proverbia ad deos pertinentia, fieri non potuit, quin paroemiographi librum eius interdum in suum usum converterent.

A mythographis sumpta esse videntur, que in Etymologico Magno s. v. Βροτός (fr. XLI.) de Euhemero leguntur.

Fontes Laurentii Lydi in fragmento de mensibus (fr. X.) scrutari plane otiosum est: nihil enim certi e verbis eius miserime dilaceritis colligitur.

15. Per multas igitur ambages persecuti iam summus Euhemeri inde ab ætate Callimachi usque ad Byzantinos memoriam. Ut breviter omnia complectar, ipsam Historiam Sacram legisse videntur Callimachus, Eratosthenes, Polybius, Diodorus, Varro,

Hyginus et fortasse Plinius; ab Eratosthene et Polybio pendet Strabo; liber fama tantum notus erat Plutarcho et Aeliano; satis multa neque tamen ab Euhemero ipso sumpta præbet Clemens, quem Arnobius et Firmicus Maternus sequuntur. Ex communis fonte diversis rivulis fluxerunt Aëtii et Sexti Empirici de impiis loci; florilegio his similia continente usus est Theophilus. Aëtium expilavit Pseudo-Plutarchus, Pseudo-Plutarchum Pseudo-Galenus et Eusebius, Eusebium Theodoretus.

Quod autem præcipue ad Theodoretum et Theophilum attinet, qui in Euhemerum inepte sœviunt, iis certe nihil præter solum atheismi nomen e doctrina Euhemera notum erat; alii enim scriptores ecclesiastici, qui, ut Clemens, Arnobius, Lactantius, Minucius et Augustinus, Historie Sacre argumentum accusati cognoscentes, quantum id ad refutandos gentilium errores valeret, intellexerunt, satis honorifice Messenium nostrum nominant.

CAPUT III.

De versione Ennii.

1. Euhemeri librum in Latinum vertit Ennius. Cuius rei testes habemus locupletissimos, qui procul dubio ipsam antiqui poetae versionem legerunt, Varronem De re rust. I. III. c. 48., ubi de obsoleto vocabulo *gluma* disserens hæc addit: «Itaque id apud Ennum solum scriptum scio esse in Euhemeri libris versis», et Ciceronem, qui I. I. De natura deor. c. 42., 119. dicit: «Quæ ratio maxime tractata ab Euhemero est, quem noster et interpretatus et secutus est Ennius».

2. Qui utrum versibus an oratione soluta Euhemerum veterit, magna inter viros doctos quæstio est. Contra eos, qui versionem metro compositam fuisse contenderunt, breviter rem confidere posse sibi visus est Ganss: «Mihi vero — ait — comparanti Varronis locum et Ciceronis verba constat nihil esse, cur prosa Ennum scripsisse negem, ad cuius Sacram Historiam Lactantius (Div. Inst. I. I. c. 14.) provocat, ne poetarum inepias sequi ac probare videatur». De Lactantio quid statuendum sit, infra videbimus; attamen, ne Ganssium temere sequamur, serupulum iniicit

primum nobis, quod de Ennio librorum oratione soluta scriptorum auctore nihil traditum est, quamquam, si pater poeseos Romanæ etiam hoc litterarum genus attigisset, certe magna cum cura investigassent grammatici, qualis se in insolito opere præstitisset quantumque ab æquali suo Catone differet. Deinde sciendum est, versibus composuisse eum etiam physicam de diis doctrinam in Epicharmo, cui humanam deorum originem, utramque fabularum explicandarum rationem Romanis notam facere cupiens, in Euhemero ita opposuit, ut arcto vinculo hæc duo opera inter se coniuncta fuisse facile appareat. Quid? nonne mirum esset, transisse in poesin Romanam Panchiam, Terram turiferam, quam Lucret. II. 417, Verg. Georg. III. 139, IV. 379, Tibull. III. 23 et præcipue Ovidius Met. X. 307—310. (fr. IV.) commemorant,* nisi poetae illi descriptionem Panchiae in opere quodam poetico, unde colores sumere possent, legissent? Nam apud poetas Græcos, quippe qui librum Euhemeri oratione soluta scriptum imitandum sibi non proposuerint, Panchiae nulla est mentio. Accedit, quod Columella De re rust. I. IX. c. 2. (fr. XII.) Euhemerum ipsum, quem ceteri ut historicum aut philosophum mendacibus poëtis opponere solent, poetam appellat, quod intelligere nullo modo possemus, nisi ei Græcum Historiæ Sacre exemplar ignorantis tantum Ennii librum versibus compositum fuisse notum adsumeremus.

3. Habemus denique versum inter reliquias Ennii, quem iam Krahner iure Historiæ Sacrae vindicavit, apud Nonium I. VII. p. 216. corrupte servatum:

Cum suo obsidio magnus Titanum premebat

ubi Junius pro suo et Titanum coniecit saevo et Titana, Krahner sis pro suo, Merula Titani' pro Titanum, nos autem genuinam formam sic restituere conabamur:

Cum sos obsidio magnus Titanus premebat

Hunc versum Vahlen, quem Luc. Mueller et Bæhrens sequuntur, Annalibus inseruit, Ennum, cum Italianam, *terram Saturniam* (fr. XXIII. Annal.) describeret, per episodii occasionem fabulas exprompsisse, *Saturni Titanumque* certamina perstrinxisse con-

* Confer adnot. ad fr. IV.

tendens. Quae argumentatio quam futilis sit, facile perspicies, si considerabis primum ea, quae ad Italiam (*late Saturnia terra*: fr. XXIII. Ann.) et ad Saturnum (*Saturnus quem Caelus genuit*: fr. XXIV. Ann.) pertinent, sine indice libri ad auctoribus laudari, deinde Ennium in descriptione Italiae certe non Titanum certamina, sed Jovis cum patre bellum fuisse expositurum. Adde, que Vergilius de Jove patrem persequente, de Italia et Latio dicit Aen. VIII. 319—323:

Primus ab aethero venit Saturnus Olympo
Arma Jovis fugiens et regnis exsul ademptis.
Is genus indocile ac dispersum montibus altis
Compositus legesque dedit Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris

ubi ita luculenter appetet Euhemeri Enniani (cf. fr. XIII. apud nos) imitatio, quam prieterea Augustinus De civ. dei I. VII. c. 27. (fr. XX. apud nos) diserte commemorat ipsos Vergilius versus laudans, ut etiam duo illa fragmenta de Saturno Historiae Sacre potius quam Annalibus vindicaremus, nisi tufius esset ea in incertis ponere reliquiis.

Sed, missis iam his quamvis magni momenti rebus, num verba *obsidio magnus Titanus premebat* ad Titanum cum diis pugnas commode referri possunt? *Titanes* certe contra deos pugnabant, non *Titanus vel Titan*. Nam, ut Romanus per synecdochen exercitum Romanorum significat, ita Titan pro turba Titanum accipi nullo modo potest. Titan autem numero singulari, quantum ex tot poetarum veterum reliquiis colligere licet, nonnisi quattuor deos significare potest, scilicet Solem, filium Hyperionis, qui saepe, praesertim apud Romanos, hoc nomine appellatur, fratrem Solis apud Pausaniam in I. II. c. 11; 3., avum eiusdem in Schol. ad Apoll. Rhod. IV. 59; denique ipsa nominis forma, *Titanus*, occurrit in Etym. Magno s. v. Τίτανες τῆται, sed significat eum, qui *solum Titanum* non pugnavit contra deos, ut verba hic allata docent: ἀπὸ Τιτάνου ἐνδέ τῶν Τιτάνων, ὃς μόνος οὐκ ἐστράτευσεν ἐπὶ τοὺς θεούς. Ceterum, ubi Titan singulari numero ponitur, additur et nomen eius, de quo sermo est, ut Aesch. Prom. 427: Τίταν... θεὸν Ἀτλαντα; Sophocl. Oed. vs. 56: Τίταν Προμηθεὺς, Eurip. Ion vs. 455: Προμηθεῖ Τίτανι.

Vides iam, quanta orientur difficultates, si versum Annalibus inserimus. Contra omnia plana sunt, si eum ad Euhemerum Ennianum refers. Nam, ut e fr. XI. eluet, Titan secundum Euhemerum frater erat Saturni, de quo in fr. XV. legimus: «Deinde Titan, postquam rescivit Saturno filios procreatos atque educatos esse clam, seducit secum filios suos, qui Titani vocantur, fratremque suum Saturnum atque Opem comprehendit eosque muro circumegit et custodiam iis apponit», que manifeste eodem pertinent, quo versus noster: «Cum sos (sc. Saturnum atque Opem) obsidio magnus Titanus premebat». Que cum ita sint, versionem Enni hexametris compositam fuisse non sine iure mihi videor affirmare.

4. Neque enim me movet, quod Ilberg tetrametrorum trochaicorum particulas sub Lactantii verbis delitescere putavit inventumque suum adeo adamavit, ut etiam versum, de quo supra quæsivimus quemque hexametrum esse ceteri omnes consentiunt, trochaeorum effingendorum gratia miserrime detorqueret, aut quod *ten Brink* omnes apud Lactantium reliquias in huius metri formam redegit. Nam hoc metro adeo libere usi sunt veteres poetae, ut, si quis carmina Enniano sermone pangere in deliciis habeat, facilime orationem solutam in versus quadratos mutare possit, data praesertim ea verba transponendi inserendi atque eiendi licentia, quam *Ilberg* et *ten Brink* sibi sumere non dubitarunt. An mihi ita difficile esset, integros apud Lactantium resuscitare hexametros Ennio patre non indignos, velut in fr. XIV:

Ut de regno non concedat fratri: ibi Titan
et paulo post

· Posterius nati gemini sunt: Juppiter atque
aut verbis audacius commutatis propria arte effingere plures, si
cum iis in carminibus antiquo colore pangendis certare totamque
questiōnē in ludibrium vertere vellem?

5. Ennianam Euhemeri versionem perstringit Columella De re rust. I. IX. c. 2. (fr. XII.), ubi Euhemerum cur poetam appellaverit, supra exposuimus. Ibidem afferit fabulas, quas viri docti a Historia Sacra prorsus alienas putantes aut totum Columellæ testimonium reiecerunt aut conjecturis nomen Euhemeri eliminare temptarunt. Haec enim apud eum legimus: «Ut Euhemerus poeta

dicit, crabronibus et sole genitas apes, quas nymphæ Phryxonides educaverunt; mox Dictæo specu Jovis exstisset nutrices easque pabula munere dei sortitas, quibus ipsæ parvum educaverant alumnum*. Ubi fabulosa apium origo cur ab Euhemero aliena sit, præsentim cum talia de animalibus etiam naturalis historie scriptores illa ætate narraverint, non video neque scrupulum mihi iniicit, quod nymphæ Phryxonides commemorantur, quas noster certe mortales feminas fuisse affirmavit. An id maxime offensioni est, quod apes Jovis nutrices exstisset narrantur? Sed neque Euhemerus, qui alibi (fr. XVII.) aquilam in Jovis capite consedisse atque ei regnum portendisse seripsit, omnia, quæ mira esse videbantur, e libro suo exclusit neque apud veteres adeo novum et incredibile erat hoc portenti genus, ut vitarum scriptores docent, qui de multis viris præsentim arte poetica illustribus apes in labris modo natorum consedisse narrant. Ultima autem verba, quæ affert, pertinent procul dubio ad rem apiariam a Jove primum institutam, quam Euhemerus eo facilius commemorare potuit, quod Cretenses, ut e Diod. I. V. 65. elucet, apud se hanc artem inventam esse dictabant. Qua autem calliditate huiuscemodi fabulas in ore populi volitantes noster in suum usum convertere atque ad doctrinam de diis comprobandam immutare solitus sit, non est quod moneam. Quæ cum ita sint, Columellæ locum fide dignum iudicare et in fragmentis Euhemeri collocare non dubitavimus.

6. Multo difficilius est de reliquiis in Lactantii Div. Inst. I. I. servatis recte iudicare. Nam ipsa Ennii verba se laudare sepius dicit (fr. VII., XI., XV., XXIII., XXV., XXVIII., XXIX.), fragmenta tamen, quæ affert, oratione soluta scripta sunt et sermonem minus antiquum exhibent. Quare Krahner Lactantium non ex ipsa Ennii versione, sed e Diodori libris, quæ de Sacra Historia dicit, sumpsisse contendit; fuisse enim in deperdito sexto Diodori libro de Euhemero multo plura, quam, quæ Eusebius in Præpar. Evang. II. 2. exscriberet, itaque omnia, quæ Lactantius solus servasse videretur, ex illo fonte manare potuisse. In quo vir doctus vehementer erravit. Nam, ut cetera mittam, hoc unum afferre sufficit, quod Eusebius *ad verbum* (ζετὰ λέξιν, t. XVI.) exscripsit, quæ Diodorus in I. VI. de Urano, Saturno et regno Jovis dixit (fr. VI., IX., XXI., XXIV., XXVI.), quibuscum si confers reliquias de iisdem

rebus apud Lactantium servatas (fr. VII., VIII., XI., XIII., XXIII., XXV., XXVII., XXVIII., XXIX.), multo plura in iis narrari statim apparet.

Neque omnia hercle evanuerunt in iis particulis, ubi Lactantius antiqui poetae verba oratione recta laudat, Ennianæ elocutionis vestigia, quæ diligentissime a Vahleno et Ganssio collecta non nullisque a me additamentis sucta hoc loco afferam. Nam adverbium *ibi* temporali sensu occurrit in fr. XI. apud nos: «*Ibi* Vesta mater eorum et sorores Ceres atque Ops suadent Saturno, ut de regno non concedat fratri. *Ibi* Titan» etc. (cf. et fr. XIII.), quibuscum comparari possunt in Annalibus *):

- 60. Hæc ecclatis: *ibi* latrones dieta facessunt;
- 261. Dum censem terrere minis, hortantur *ibi* sos;
- 344. Sicut si quando vinelis venatica velox
Apta solet canis forte feram sei nare sagaci
Sensit, voce sua nietit nulatque *ibi* aente,

Nihilo minus Enniana est pronominum repetitio ab elegantia recentiorum maxime abhorrens, velut apud Lactantium: *Is id* regnum una cum fratribus *suis sibi* instituit atque paravit (fr. VII.); Concessit *ei* ut *is* regnaret (fr. XI.); *Eosque* muro circumegit et custodiam *iis* apponit (fr. XV.); *Eumque* Curetes filii sui curaverunt decoraveruntque *eum* et sepulchrum *eius* est in Creta (fr. XXIX.), quibus similia sunt *Epicharmi* vs. 7: *Istic* est de sole sumptus; *isque* totus mentis est; vs. 8: *Istic* est *is* Juppiter quem dico; vs. 11: *Hacce* propter Juppiter sunt *ista*; Trag. vs. 204: Quid *hoc hic* clamoris, quid *hoc hic* tumulti est. Illa etiam familiaris est Ennii, ut Vahlen nit, consuetudo Latine explicandi, si quid Graece dixerit, velut Ann. vs. 2: *Musas* quas Grai memorant, nos *Casmernarum*; vs. 227: *sophiam sapientia* quæ perhibetur; vs. 149: *rento* quem perhibent Graiūm genus *aera* lingua. Quibus persimilia in Euhemero sunt: *Pluton* Latine est *Jispiter*: alii *Orcum* vocant (fr. XIII.); Ζῆν Κρόνος id est Latine Juppiter Saturni (fr. XXIX.). Neenon adulterationis Ennianæ restant exempla, velut: *seducit secum filios suos* (fr. XV.); *Curetes* filii sui *curaverunt* (fr. XXIX.), quocum comparari potest Ann. vs. 80: Curantes ma-

*) Editione ultimur Vahleniana.

gna cum eura tum cupientes. Adde etiam in fr. XI: Tum Junonem Saturno *in conspectum dedere*, et in fr. XXV: de sui avi nomine *caelo nomen indidit*, quibus respondent Ann. vs. 49: Nec sese dedit in conspectum corde cupitus; Trag. 100: Andromachæ nomen qui indidit, recte indidit.

Antiquitatem deinde redolent: *secus mare* (fr. XXIII.), ut apud Catonem De re rust. 21, 2: foramina utrimque *secus laminationes*; *aetate pessum acta* (fr. XXIX.), ut apud Plaut. Mostell. V. 2, 49: Ego istum pro suis factis pessiruis pessum premam; etiam *clanculum* (fr. XIII.) obsolevit iam Ciceronis ætate. Adde singulares locutiones: *muro circumagere* (fr. XV.) pro *circum dare*; *seminare pro divulgate* (fr. XXVII.); *vitam commutare* (fr. XXIX.) pro *mori*. Quae omnia si consideramus, locos apud Lactantium laudatos non ab eo conflictos esse pro certo accipere licet.

Neque tamen hoc concessso omnis tollitur difficultas. Quamquam enim in reliquiis illis apparent nonnulla Ennianæ elocutionis vestigia, sermo eorum etiam ibi multum abest a genuina antiquitate, ubi Lactantius ipsa Ennii verba se laudare affirmat. Accedit, quod Sacram Historiam ineptiis poetarum ægre opposuisset (fr. XI.), si Ennii librum versibus conscriptum fuisse, ut supra docuimus, scivisset. Inde nata est suspicio Euhemerum Ennianum posterius a nescio quo in orationem solutam conversum in suum usum vocatum esse a Lactantio. Quae quam probabilis sit, vel ex eo eluet, quod Euhemeræ doctrina adeo accepta erat Romanis præsertim inde ab Augusti temporibus,¹⁾ ut, si quis Ennii versus obsoletis locutionibus refertos in formam minus duram et insolitam redigere temptaverit,²⁾ gratissimum fecerit lectoribus in litteris mediocriter versatis.

7. Duo tituli versionis Ennianæ apud Lactantium occurrent, semel *Euhemerus* (fr. VII.), ut etiam libellus eiusdem poëtae, *Epi-*

¹⁾ Cf., quæ Boissier exposuit in libro: *La religion romaine d'Auguste aux Antonins*, t. II, p. 139, sqq.

²⁾ Confer Blockii librum: *Échémère, son livre et sa doctrine*, p. 136: «L'interprétation historique des mythes étant en assez grande faveur chez les Romains, surtout depuis le siècle d'Auguste, l'ouvrage d'Échémère continuait à présenter un certain intérêt et l'on dut songer tout naturellement à la mettre à la portée du public en le dépotillant de ce qu'il avait de trop dur et de trop insolite dans la langue de l'ancien poète latin.

charmi doctrinam continens, *Epicharmus* inscriptus est, sepissime autem, ut etiam apud Augustinum (fr. XIX.) *Historia Sacra*, que Ἱερῷ ἀναγέγεγόν optime respondet. Unde librum *Euhemerum sive Historiam Sacram* inscriptum fuisse iure suepiceris.

Quod denique ad questionem hand levissimam attinet, qua fide Ennius interpretis munere functus sit, quamquam reliquæ apud Lactantium servatae, ut e collatione cum Diodoro eluet, satis amplam atque accuratam doctrinæ Euhemeræ expositionem continent, tamen librum poëtae Romani non fuisse meram versionem cum e forma metrica et communi antiquitatis consuetudine tum ex ipsis fragmentis facile colligitur. Nam Ennium a levioribus quibusdam mutationibus non omnino abstinuisse fr. XXV. doceatur, ubi Juppiter aetherem de avo suo, Urano, primus Cælum nominasse narratur, cui repugnat Diodorus ex ipso Euhemero talia referens: Οὐρανὸν γεγονέναι· βασιλέα . . . ὃν καὶ πρώτων θεοῖς τηγίσαι τούς οὐρανίους θεούς ὅτος καὶ Οὐρανὸν προσαγόρευθῆναι (fr. VI.). Cuius fidem frustra in dubium vocavit Sieroka (De Euhemero, p. 10.): nam ex eo, quod Euhemeristæ quidam elementa mundi a hominibus consecratis nomina accepisse affirmarunt, Euhemerum idem fecisse nondum sequitur. Videntur enim posteriores Euhemeri sectatores physicam mythologie explicandæ rationem a philosophis quibusdam adamatam, quæ Euhemeri temporibus nondum ita innotuerat, cum humana deorum origine hunc in modum conciliare voluisse. Ennium autem, quippe qui in Epicharmo Jovem aërem, Cererem terram esse aliasque huiuscmodi res exposuisset, etiam Euhemeri libris conversis tale quid immiscuisse non est quod miremur.

Sed hoc non contentus, plura de suo addidit. Nam verbis eius apud Lactantium (fr. XVIII.): «vix in Italia locum, in quo lateret, invenit (sc. Saturnus)», etymologiam Latii contineri, quam secuti sunt Verg. Aen. VIII. 321—323, Ovid. Fast. I. 238, Arnob. IV. 143, Minuc. Fel. Oct. c. 22., manifestum est. Idem fere consequitur ex Augustini De civ. dei I. VII. c. 27 (fr. XX.): «Nam, quod Vergilius ait:

Primus ab aethero venit Saturnus Olympo
Arma Jovis fugiens et regnis exsul ademptis

et quæ ad hanc rem pertinentia consequuntur, totam de hoc Euhe-

merus pandit historiam, quam Ennius in Latinum vertit eloquiam.¹⁾
Sequuntur enim apud Vergilium haec:

Is genus indocile ac dispersum montibus altis
Composit legesque dedit *Latiumque* vocari
Maluit, his quoniam *latuisset* tatus in oris
(Aen. VIII. 321—323.)

ex quibus Vergilium etiam hoc loco Eunii vestigia legisse et in versione Historiae Saeræ præter etymologiam Latii de Saturno Italorum rege et legislatore nonnulla a poeta Romano addita infuisse probabiliter colligitur. Haud longe igitur a vero aberrare videmur, si ab Ennio fabulas quasdam Italicas secundum Euhemeris rationem tractatas esse suspicamur, etiam Ciceronis verbis (De nat. deor. I. I. c. 42, 119) hoc suadentibus: «quem (sc. Euhemerum) et interpretatus et secutus est præter ceteros Ennius» (t. II.), unde eum non interpretis tantum munere functum luculententer appetat.

8. Sicut Lactantius, ita plures scriptores ecclesiastici Romani e versione Ennii, aut, si diis placet, ab aliis auctoribus Ennium laudantibus, que de Euhemero proferunt, sumpsisse videntur. Quorum in numero est Minucius Felix, qui in Octav. c. 21, dicit: «Ob merita virtutis aut muneris deos habitos Euhemerus exsequitur et eorum natales, patrias, sepulcra dinumerat et per provincias monstrat, Dietæ Jovis, Apollinis Delphici et Pharie Isidis et Cereris Eleusinæ». Cuius fidem frustra imminuere temptavit Sieroka; haec enim deorum nomina Iside excepta occurunt in ceteris Euhemeris fragmentis, de Iside autem, sicut etiam de ceteris Aegyptiorum diis, certe loqui debuit noster, quem Aegyptiorum pyramides descripsisse Plinius Nat. Hist. I. XXXVI. 12. (fr. XLIV.) testatur. Neque illud per provincias sine consilio Minucius inseruisse videtur: attigit enim Euhemerus præter Panchiam et Cretam etiam Aegyptum (fr. XLIV.), Judæam (fr. XLIII.), Ciliciam, Syriam (fr. XXVI.), Babyloniam (fr. XXIV.) et multas alias terras, presertim cum Jovis peregrinationes enarraret.

9. Sæpius Euhemerum et Ennium commemorat Augustinus (t. XVII., XVIII.; fr. XIX., XX.). Ad eosdem pertinere videntur, que in Sermon. 273, 3. dicit: «Neque enim tales esse debemus, quales esse paganos dolemus. Et quidem illi mortuos homines

colunt. Illi quippe omnes, quorum nomina auditis, quibus tempora constructa sunt, homines fuerunt et in rebus humanis habuerunt plerique eorum et paene omnes regiam potestatem. Auditis Jovem, auditis Herculem, auditis Neptunum, auditis Plutonem Mercurium Liberum et cæteros: homines fuerunt. Non ista solum in fabulis poetarum, sed etiam in historia gentium declarantur. Qui *legerunt*, noverunt, qui non legerunt, credant iis, qui legerunt¹⁾. Neque tamen ei versio Ennii nisi per Ciceronem nota erat, ut elueat c. l. I. c. 23. De consens. Evang.: «Quamvis et ipsum Euhemerum ab Ennio poeta in Latinam linguam esse conversum Cicero commemorat». (fr. XVIII.) Quæ autem in Epist. 44. inesse in Historia Saera dicit, Jovem scilicet in monte Olympo castra posuisse, cum adversus patrem bellum gereret (fr. XIX.), aliunde nota non sunt; deinde ex eo, quod Vergili locum (Aen. VIII. 319—323.) cum Euhemeris historia comparat De civ. dei I. VII. c. 27. (fr. XX.), plura cum de Saturno Euhemero vel potius Enniano legisse, quam Lactantius (fr. XVIII.) præbet, probabiliter colligitur.²⁾ Usus est igitur libro nobis ignoto, cuius auctor versionem Ennii, non Euhemerum ipsum expilavit; nam Augustinus, præterquam quod *Historiam Sacram*, Enniani libri titulum, commemorat (fr. XIX.), etiam Saturni in Italia regnum etymologiamque Latii (fr. XX.) attingere videtur.

10. Ad Euhemerum esse referendas narrationes de Libera et Libero, que aliunde nota non essent, in libro Firmici Materni *De errore profanarum religionum*, recte conieccisse videtur Munter in prefatione ad huius auctoris editionem a se curatam (Hauniæ, 1826). Sed viri doctissimi commentationem nemo legit eorum, qui hue usque in Euhemero illustrando elaborarunt, quo factum est, ut Firmici librum omnes neglegerent. Liceat igitur mihi præstantissimam Munteri suspicionem meis comprobare argumentis. Sciendum est enim, totam Firmici in explicandis de diis fabulis rationem a doctrina Euhemera pendere: nusquam scilicet deos gentilium malos daemones esse affirmat, ut alii scriptores ecclesiastici solent, sed homines fuisse flagitosos probare studet. Ita in

¹⁾ Tom. XXXVIII. p. 1249, in Patrologia Mignii.

²⁾ Confer, que supra, c. III. §. 7., de hoc Augustini loco exposuimus.

e. 7. Proserpinam, Cereris filiam in Sicilia a Plutone, divite quodam rustico, raptam, amatorem armatos persequentes timentem una cum puella in lacu Perco demersum, Cererem filiam quærentem in Atticam devectam, in oppido Eleusine mortuam, sepultam atque consecratam esse narrat (fr. XLVI.). Cereris autem mortem et sepulturam nullus alius scriptor commemorat, priusquam quod Minucius Felix Oct. c. 21. (t. IX.) ab Euhemero etiam Ceres Eleusinæ sepulerum monstratum esse testatur. Habet ergo, quod Euhemero cum Firmico solo procul dubio commune est. Neque abhorret a Messenii nostri doctrina, quod Pluton dives rusticus appellatur: Laetantius enim, ubi Ennii vestigia legens a Jove imperium maris Neptuno datum esse narrat, Plutonem non commemorat neque is, cui humanam deorum originem demonstrare propositum erat, fratrem Jovis inferorum regnum sortitum narrare potuit. Quod autem Firmicus e Triptolemo vilicum Cereris facit, nonne dignum est Euhemero nostro, qui Cadmum coquum regis Sidonii fuisse (fr. XL.) rettulit? Deinde prorsus accommodatum est ad Historie Sacrae argumentum, quod Ceres non, ut vulgo fabulae ferunt, prima frumentorum usum invenisse, quod iam a Jove factum esse fr. XXIX. docemur, sed in Attica tantum incognitum ibi eo usque triticum ex Sicilia advectum divisisse prohibetur.

Fontem fabulae versionem Ennii esse et aliorum scriptorum ecclesiasticorum Romanorum exemplum et poetica lacus Perci descriptio docent. Quin etiam initium narrationis: «Unicam Ceres filiam, quam Graeci Persefonam, nostri immutato sermone Proserpinam dicunt», Ennianam consuetudinem, si quid Graece protulerit, Latine explicandi referre videtur, de qua re supra §. 6. disputavimus. Quo tamen auctore intercedente haec ab Ennio ad Firmicum venerint, querere inutile est; hoc unum pro verisimili accipere licet, paraphrasin Euhemeri Enniani oratione soluta scriptam fuisse communem fontem, unde doctrinæ huius notio variis rivulis ad Romanos Christianæ religionis defensores fluxit.

Quod ad reliquias duas de Libero fabulas (fr. XLVIII. et XLIX.) attinet, et eae fortasse Messeniò nostro tribuenda sunt. Prima enim c. 6. verba: «Sed adhuc supersunt aliae superstitiones, quarum secreta pandenda sunt: *Liberi et Liberac*, quæ omnia

sacris sensibus vestris specialiter intimanda sunt, ut et in istis profanis religionibus sciatis mortes esse hominum consecratas», neconon initium narrationis de raptu Proserpine post expositam Liberi consecrationem: «Sequitur hanc sacri contagionem et imitatur ordinem funeris mors filiae consecrata» has fabulas arctissime inter se cohædere docent, ut eas e communi fonte petitas esse iure suspicēris. Deinde in fr. XLVIII. Juppiter rex Creticus appellatur, quod cum Historia Sacra optime congruit; Titanes inducuntur Junonis satellites, quos a Jove devictos esse fr. XVIII. docemur. Nequé Liberum Thebanum, de quo vide fr. XLIX., neglectum esse ab Euhemero e fr. XL. suspicari licet, ubi de Cadmo, avo eius, sermo est, a quo fabulae Thebanæ separari non potuerunt. Procul dubio etiam harum fabularum indoles, qua deorum miracula in flagitiosa vilissimorum hominum facta detorquentur, prorsus Euhemereæ est neque aliud invenire possumus auctorem, cui eas aliqua probabilitatis specie tribuamus. Contra, quo auctore Laetantius, Minucius et Augustinus in similibus narrationibus usi sunt, eidem Firmicum c. 6. suas debere verisimile est.

11. Persecuti sumus versionis Ennianæ memoriam inde ab aetate Varronis et Ciceronis usque ad Augustinum. Varronem, Ciceronem, aureæ aetatis poetas, Columellam versionem ipsam legisse, Lactantium paraphrasin quadam oratione soluta scripta, a qua etiam Minucius Felix, Firmicus Maternus et Augustinus pendunt, usum esse vidimus. Apul ceteros apogetas Romanos, Arnobio excepto, de quo c. II. §. 11. quiescivimus, Euhemeri ne nomen quidem occurrit. Eius tamen doctrinam perstringere videtur *Cyprianus* in libro *De idolorum vanitate* c. 1: «Deos non esse, quos colit vulgus, hinc notum est. Reges olim fuerunt, qui ob regalem memoriam coli apud nos etiam in morte cœperunt». Quæ autem in c. 2. ad hanc sententiam confirmandam afferit de antro Jovis in Creta, de Saturno, de Alexandri Magni insigni volumine ad matrem, Minucio Felici debet. Contra *Tertullianus* de humana deorum origine disserens, Diodorum, Thallum, Cassium Severum et Cornelium Nepotem nominat auctores. Confer *Apologet.* c. 10: «Appellamus et provocamus a vobis ipsis ad conscientiam vestram, illa nos iudicet, illa nos condemnnet, si poterit negare omnes istos deos vestros homines fuisse. Sed et ipsa infinitas si ierit, de suis antiquitatum instrumentis revincetur, de quibus eos didicit, testi-

monium perhibentibus ad hodiernum et civitatibus, in quibus nati sunt, et regionibus, in quibus etiam sepulti demonstrantur Ante Saturnum deos penes vos nemo est, ab illo census totius vel potioris vel notioris divinitatis. Itaque quod de origine constiterit, id de posteritate conveniet. Saturnum itaque, si quantum litteræ docent, neque Diodorus Graecus aut Thallus, neque Cassius Severus aut Cornelius Nepos neque ullus commentator eiusmodi antiquitatis aliud quam hominem promulgaverunt; Ad nationes, I. II. c. 12: «Cum autem Saturnum constet vixisse, frustra demutatis, non conceditur vobis, quem non negabitis hominem, qui neque deus neque tempus defendi potest. Exstat apud litteras vestras usquequaque Saturni census, legimus apud Cassium Severum, apud Cornelium Nepotem et Tacitum, apud Græcos quoque, Diodorum». Jam ex eo, quod Saturnum primum deum facit, Euhemeri doctrinam non fuisse ei notam sponte consequitur. Ceterum plura eum de humana deorum origine in libris deperditis exposuisse doceemur fragmanto libri *De exsecr. gent. diis* (in ed. Oehler t. II. p. 767.), ubi legimus: «Nec enim possunt dicere actum illorum et bella in celo esse facta: haec enim in monte Olympo fiebant in Graecia. Sed nec cælum Olympus vocatur, cælum enim cælum est; de quibus ergo actibus eorum primum tractabimus, de nativitate, de latitatione, de ignorantia, de parcidio, de adulteriis, de obscenis artibus, de rebus non a deo, sed ab hominibus immundissimis et truculentissimis commissis, qui si essent in his temporibus, omnibus legibus rei subiacerent, que multo iustiores et severiores quam actus illorum.»

CAPUT IV.

Historiae Sacrae argumentum.

1. *Praefatio.* Auctor suam de diis doctrinam exponit; deos, quos gentes colunt, apud priscos populos potentes viros, reges et imperatores fuisse contendit (fr. I.).

2. *Introductio. Descriptio Panchaiae* (fr. II—V.). Quomodo hanc sententiam veram esse cognoverit, enarrat. Nam iussu Cassandrae magna itinera faciens pervenit in Arabiam Felicem (fr. II. 1.), quam copiose describit (fr. III. 41, 2.).

Inde meridiem versus navigans in plures insulas incidit, e quibus tres sunt præcipue memorables, *Insula Sacra*, ubi mortuos sepelire non licet, *insula altera* sepuleris defunctorum destinata et *Panchaia* (fr. III. 41, 4; 42, 3.).

Insula Sacra abundat ture et murra, quæ incolæ, *Panchaei*, in Phœnicio, Cœlesyria et Aegypto venditant (fr. III. 41, 4—6; 42, 1—2.).

Panchaiam incolunt indigenæ *Panchaei*, advenæ autem *Oceanitæ*, *Indi*, *Scythæ*, *Cretenses*. *Doi*, qui prius in eadem insula habitaverunt, expulsi sunt ab Ammone, qui etiam urbes eorum, *Doiam* et *Asterusiam*, diruit (fr. III. 43, 6—7.). Urbes autem sunt memorables *Panara* (fr. III. 42, 5.), *Hyracia*, *Dalis* et *Oceanis* (fr. III. 44, 2.). Diis sacer est mons, qui vocatur *Caeli sella* vel *Olympus Triphylius* (fr. III. 44, 5—7.). Tota insula fertilis est omnibusque frugibus abundat (fr. III. 43.).

Populus in tres divisus est classes. Prima classis est sacerdotum, altera agricolarum, tertia militum (fr. III. 44.).

Maiores sacerdotum Cretenses erant, quos Juppiter, cum fanum in honorem sui ipsius conderet, in Panchaiam traduxit, ut cultui suo præessent (fr. III. 46, 3—4.). In hoc autem fano Triphylii Jovis aurea columna exstructa est, in qua litteris, que apud Aegyptios sacre vocantur, Juppiter perscripsit, quæ ipse, Uranus et Saturnus gessissent (cf. fr. XXIII.); postea autem Mercurius adscripsit facta Apollinis et Dianaæ.

3. *De Urano* (fr. VI—VIII.). Ab his igitur inscriptionibus sacris incipiens Euhemerus facta deorum enarrat. Uranus scilicet primus cum fratribus suis, quorum nomina in reliquiis non occurunt, in terris imperio summo potitus est (fr. VII.), qui ubi regiam sedem habuerit, in fragmentis non commemoratur. Attamen in Panchaia eum habitasse pro certo accipere licet; ibi enim in monte Olympo libenter commoratus est (fr. III. 44, 6.), ibidem et filius eius, Saturnus regnavit et Juppiter aram ei erexit (fr. XXV.). Idem primus diis cælestibus sacrificavit, unde et nomen accepit (fr. VI.).

Hoc loco fortasse Euhemerus descripsit priscarum gentium mores originemque generis humani. Huc enim pertinere videntur, quæ leguntur in Etymologicō Magno s. v. Βροτός· ὡς μὲν Εὐημερὸς ὁ Μεσσήνιος ἀπὸ Βροτοῦ τινὸς αὐτοχθονος, unde Brotum primum

hominem secundum Historiam Sacram fuisse terraque esse genitum non sine iure suspicatur *Sieroka*.

Uranus uxorem duxit Vestam, liberos genuit Titanem, Saturnum, Rheam et Cererem (fr. VI.). Mortuus est in *Oceania*, regione Panchiae, sepultus in oppido *Huracia*¹⁾ (fr. VIII.).

4. *De Saturno*. Post mortem Urani Saturnus regnavit, cui Titan, frater maior natu, ea condicione imperium concessit, ne virilis sexus liberos, si qui ei nati essent, educaret. Ita enim sperabat regnum ad filios suos esse redditurum. Saturnus autem uxorem duxit Opem (Rheam), quae clam viro peperit et in tuto collocavit filios, Jovem Neptunum Plutonem, contra filias, Junonem et Glaucom, quae brevi mortua est, ei ostendit (fr. XI. XIII.). Ita Juppiter in insula Creta educabatur, quem infantem apes nutriebant (fr. XII.).

Saturno rege ita feri adhuc erant hominum mores, ut ne a humana quidem carne abstinerent, qua vesci Juppiter primus prohibuit (fr. XIV.). Hac fortasse ratione Euhemerus etiam fabulam illam explicare temptavit, quae a Saturno filios devoratos esse ferebat.

Deinde Titan, postquam Saturno filios clam educatos esse rescivit, una cum filiis suis Saturnum et Opem comprehendit et in vincula coniecit (fr. XV.). Interea Juppiter e pueris excessit, aquila ei in capite considens regnum portendit (fr. XVII.). Postquam igitur parentes custodiis circumsaepitos esse audivit, cum Cretensibus suis in Panchiam venit, Titanem devicit, deinde in Cretam rediit. Post haec autem Saturno sors data est, ut caveret, ne filius eum regno expelleret. Quare Jovem timens insidiatus ei est. Tunc Juppiter cognitis insidiis bellum patri intulit, in Olympo²⁾ monte castra posuit (fr. XIX.), Saturnum³⁾ fugavit, qui in Italianam postea se recepit (fr. XVIII.—XX.).

5. Juppiter imperio summo potitus uxores duxit Junonem, Cererem et Themin, quarum prima Curetes, altera Proserpinam,

¹⁾ Vide, quae ad fr. VIII. adnotavimus.

²⁾ Scilicet in Olympo Euhemero, qui Triphylius vocabatur, unde Saturnum in Panchia regiam sedem habuisse appareat.

³⁾ Saturnum in Italianam confugisse ipse Euhemerus narrare potuit. Nam ea tantum, quae in versione Enniana de Latio sequuntur, sunt necessario poeta Romano tribuenda.

tertia Minervam ei peperit (fr. XXI.). Neque tamen ab alienis abstinuit uxoribus: ita cum Aege, Panis uxore, Aegipana genuit (fr. XXII.). Hunc in modum certe enarravit Messenius noster etiam cetera Jovis adulteria; neque enim homo levissimus, qui e Harmonia tibicinam, e Cadmo coquum, e Venere meretricem fecit, talem lasciva effingendi occasionem neglegere potuit.

Imperium maris Juppiter Neptuno dedit (fr. XXIII.). Ipse terras circuens cum exercitu suo Babylonem pervenit, ubi Beli usus est hospitio (fr. XXIV.). Etiam hoc loco fortasse idem, quod de ceteris Jovis hospitiis auctor narravit: iussisse scilicet Jovem fanum sibi hospitis Beli nomine creari. Facile enim erat, quod communis Graecorum ferebat opinio, Jovem Babylone Beli nomine coli, tali fabula explicare. Nam e fr. XXVI. et XXVII. in Historia Sacra, quomodo cultus Jovis toto orbe terrarum divulgatus esset, enarratum fuisse appareat.

E Babylonia in Panchiam profectus est Juppiter, ubi Caelo avo in monte, qui vocatur *Caeli sella*, aram erexit et ipse primus in ea ara sacrificavit (fr. XXV.), ex quo sacerdotes Panchae ibidem quotannis hostias immolant (fr. II, 43, 7.).

Inde in Syriam iter fecit, ubi Casii regis, hospitis sui nomine fanum sibi creari iussit, ut ita et amicitiae memoria conservaretur et sibi divinum honorem acquireret. Sic constituta sunt templa Jovi Atabyrio, Labrando, Laprio, Molioni et que sunt in eundem modum. In Cilicia autem principem regionis Cilicem devicit multosque alios peragrans populos ubique, ut deus, colebatur (fr. XXVI. XXVII.).

Deinde diu in monte Olympo — in Panchia scilicet — habitans hominibus ius dicebat. Eodem, si quis quid novi invenerat, veniebat, ut inventum ei ostenderet (fr. XXVIII.). Quo pertinere videtur etiam fr. XLV., ubi auri metalla et flaturam ab Aeaco quodam in Panchia inventa esse legimus.

Postquam autem terras quinques circuivit, hominibus leges reliquit, frumenta paravit multaque alia bona fecit, mortuus est in Creta, ubi sepulcrum eius ostenditur in oppido Gnosso (fr. XXIX.).

6. Sed haec hactenus; neque enim longius coherentis narrationis quasi filum sequi possumus. Quamquam ex eo, quod Euhemerus in maxima operis parte procul dubio inscriptionem sacram

in templo Jovis Triphyli explicavit, de qua apud Diodorum l. V. c. 46. (fr. III.) legimus: δι' ἀντὶ γραπτῶν αἱ πράξεις Οὐρανοῦ τε καὶ Δῆς ἀναγεγραμμέναι καὶ μετὰ τωντας αἱ Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος ὑπὲρ Ἐρμοῦ προσαναγεγραμμέναι, suspicari licet post mortem Jovis facta Apollinis et Diana esse enarrata. Qua tamen suspicione non ita multum adiuvamur; nam quod ad Apollinem attinet, Minucius Felix Oct. c. 21. solus commemorat etiam Apollinis Delphici sepulcrum ab Euhemero esse monstratum (t. IX.), de Diana autem nihil praeter Diodori locum traditum est. Ceterum verba Diodori supra allata, et, quod Athenaeus l. XIV. p. 658. (fr. XL.) de Cadmo et Harmonia loquens *tertium* Euhemeri librum laudat, probabilem reddunt *Boettigeri* conjecturam, in primo libro facta Urani, Saturni et Jovis, in altero gesta Apollinis et Diana, in tertio fabulas de Cadmo, de nepote eius, Baccho aliisque heroibus infuisse. Tres igitur saltem libros scriptos esse a nostro satis constat: utrum plures ediderit an non, aut, si re vera plures conscripsit, quid ii continuerint, ne conjectura quidem assequi licet.

7. Itaque incerta est sedes fragmentorum ad Minervam et Venerem pertinentium. Legimus autem apud Hyginum Gorgonam secundum Euhemerum a Minerva esse interfectam (fr. XXX.). Adfertur deinde a Festo proverbium *Sus Minervam a Varrone et Euhemero ineptis mythis involutum, sed de ipsis mythis nihil traditum est* (fr. XXXI.).

Amplior servata est de Venere narratio (fr. XXXII—XXXIX.). Legimus enim Venerem siderum cursus pervidisse, quam fabulam cognominis *Uraniae* explicandi gratia ab Euhemero effictam putamus: vidimus enim, qua versatus sit calliditate in cognominibus Jovis explicandis (fr. XXII—XXVII.), nec multum fallimur, si magnam partem fabularum ab eo aut effictarum aut in peius detortarum ad deorum pertinuisse cognomina putamus. Nam, quæ præterea de Venere noster narravit, meretricem eam in Cypro fuisse et adduxisse mulieres, ut vulgato corpore uestimentum facerent, mortuam deinde a Cinyra consecratam mysteriaque condita esse ab eodem, in quibus initiati stipem Veneri ut scorto darent, ea omnia commode referri possunt ad parum honorificum cognomen deæ, quæ scilicet non solum ut Πάνθηρος, sed etiam ut Πόρηη apud Abydenos colebatur.

Ubi narratio de Cerere et Proserpina (fr. XLVI.) steterit,

quærere inutile est. Fabulam autem de Baccho Cretensi (fr. XLVIII.) suspicor una cum Jovis factis esse enarratam; contra Bacchi Thebani et Lyceurgi contentio (fr. XLIX.) eodem, ubi de Cadmo, avo Bacchi sermo erat (fr. XL.), pertinere videtur.

Incertæ denique sedis est fragmentum de Atlante (fr. XLII.), quod tamen collatum cum fr. XXI, fabulas nonnullas proverbiorum ad deos pertinentium explicandorum causa a nostro confictas esse luculenter docet.

8. Sed attigit Euhemerus præter Græcorum deos etiam aliarum gentium superstitiones, quod perstrinxisse videtur Minucius Felix in Oct. c. 21: «eorum natales, patrias, sepulera dinumerat et per provincias monstrat» (t. IX.). De magna peregrinorum deorum parte narravit in eo libro, ubi Jovis res gestas exposuit: Babyloniam enim (fr. XXIV.), Syriam et Ciliciam (fr. XXVI.), Cariam¹⁾ (fr. XXVII.) de Jovis peregrinationibus loquens describere debuit.

Accuratus autem descriptis — incertum in qua operis parte — Aegyptum, cum loqueretur de Iside (t. IX.), de Ammone, cuius res gestas supra §. 2. commemoravimus, de ceteris Aegyptiorum diis et de pyramidibus, regum consecratorum sepulcris (fr. XLIV.), quibus aptissime comprobare potuit doctrinam suam. Deinde etiam Phœnicen attigisse videtur; provocat enim in fr. XL. ad Sideniorum testimonium, quocum optime coniungere potuit Judeæ mentionem, quare Josephus eum inter locupletissimos de antiquitate Judæorum testes nominare non dubitavit.

9. Hac fere sunt, quæ e paucis Historiæ Sacrae reliquiis ad restituendum totius operis argumentum eruere licet. Eluet ex istis Euhemeri librum non fuisse simplicem fabularum collectiōnem, sed narrationem ab initio usque ad finem coherentem complexamque deos omnium fere gentium, quæ illis temporibus Græcis accuratus note erant. Auctor profectus est a notissimis Græcorum mythis, quos in hominum facta commutavit; deinde in suum usum convertit fabulas in singulis tantum provinciis, ut in Creta de Jovis pueritia et sepulcro, a vulgo narratas; tum elegit e sacrorum et mysteriorum ceremoniis, ut e Venereis in Cypro celebratis,

*) Nam Jupiter Labrandeus in Caria colebatur.

que aliquid valerent ad doctrinam eius confirmandam; callidissime denique versatus est in cognominibus deorum et in proverbii ad deos pertinentibus explicandis, id semper agens, ut vera falsis immiscendo facilius commentis suis fidem ficeret, quod ei aliqua ex parte contigisse magna et imitatorum et doctrinæ eius addictorum apud veteres turba satis demonstrat.

Testimonia veterum.

I.

Callimachus apud Pseudo-Plutarchum, De placitis philosophorum I. 7. p. 880:

Εἰς τὸ πρὸ τεύχους ἱερὸν ἀλέας δεῦται,
οἱ τὸν πάλαι χάλκεον¹⁾ ὁ πλάσας Ζεὺς
γέρων ἀλαζών ἄδικα βιβλία φύγει.²⁾

II.

Cicero De deorum natura I. I. c. 42. 119. [ed. Baiter]:

Qui aut fortis aut claros aut potentis viros tradunt post mortem ad deos pervenisse eosque esse ipsos, quos nos colere, precari venerarie soleamus, nonne expertes sunt religionum omnium? quæ ratio maxime tractata ab Euhemero est, quem noster et interpretatus et secutus est prius ceteros Ennius; ab Euhemero autem et mortes et sepultura demonstrantur deorum. Utrum igitur hic confirmasse videtur religionem an penitus totam sustulisse?

III.

Strabo I. c. 3. p. 47 [ed. Meineke] Eratosthenem Damastæ testimonio usum reprehendens:

Οὐ δὲ Δαμαστῷ χρώμενος μάρτυρες αὐδένι διαφέρει τοῦ καλοῦντος

¹⁾ Πλάκειον: correxit Bentley, quem sequuntur recentiores omnes; γάλλοι: codices, γάλλοι: scripsi.

²⁾ φύγει: ed. Mosquensis 339; Marcaianus 521; habet etiam Schol. ad Clem. Alex. Protrept. c. II. 24; φύγει: Paris. 1672; φύγει: correxit Bentley; φύγει: Duebner in ed. Plutarchi; φύγει: Schneider in Callimacheis e Sext. Empir. IX. 50. p. 561. ubi φύγει legitur.

μαρτύρα τὸν Βεργαῖον ἢ τὸν Μεσσηνίου Εὐζήμερον καὶ τοὺς ἄλλους, οὓς αὐτὸς (sc. Eratosthenes) εἰργῆσε διαβάλλων τὴν φυοφύην.

IV.

Strabo I. II. c. 4. p. 104. de Polybio loquens:

Πολὺ δὲ φέρει (sc. Polybius) βέλτιον τῷ Μεσσηνῷ πιστεύειν ἃ τούτῳ (sc. Pythiem). Οἱ μέντοι γε εἰς μίαν χώραν τὴν Πατραῖαν λέγει πλεύσασι· ὁ δὲ καὶ μέχρι τῶν τοῦ κόσμου περάτων κατωπινέκεντα· τὴν προσάρκτιον τῆς Εὐρωπῆς πάσαν, ἣν οὖδ' ἂν τῷ Ερυθρῷ πιστεύσαι τις λέγοντι. Ἐρατοσθένη δὲ τὸν μὲν Εὐζήμερον Βεργαῖον καλεῖν Ποθέα δὲ πιστεύειν, καὶ ταῦτα μηδὲ Δεσκαλάρχος πιστεύεσσαντος.

V.

Strabo I. II. c. 3. p. 102. Posidonium reprehendens:

Οὐ πολὺ οὖν ἀπολείπεται ταῦτα τῷ Ποθέᾳ καὶ Εὐζήμερῳ καὶ Ἀντιφάνους φευράτων. Άλλ' ἔκεινοις μὲν συγγράψη, τοῦτον ἀπειπεῖσθαισιν, ὥσπερ τοῖς θαυματοποιοῖς· τῷ δὲ ἀποδεικτικῷ καὶ φιλοσόφῳ τχεδὸν δὲ τε καὶ περὶ πρωτείων ἀγνοιζομένῳ (sc. Posidonio) τις ἀν συγγνοίη;

VI.

Strabo I. VII. c. 3. p. 299. de fictis locorum nominibus:

Αὐτὸς δὲ τούτουν ἐπὶ τοὺς συγγραφέας βαδίζει Τιπάτα ὅρη λέγοντας καὶ τὸ Ὄγρητον ὄρος καὶ τὴν τῶν Γοργόνων καὶ Εσπερίδων κατοικίαν καὶ τὴν παρὰ Θεοπόλιστο Μεροπίδα γῆν, παρ' Ἐκαταίῳ δὲ Κιμμερίδα πόλιν, παρ' Εὐζημέρῳ δὲ τὴν Πατραῖαν γῆν.

VII.

Plutarchus De Iside et Osiride c. 23 (ed. Dnebner):

Μεγάλας μὲν τῷ ἀθέῳ λεῷ κλιπτάδας ἀνοίγοντας καὶ ἔξανθρωπίζοντι τὰ θεῖα, λαμπτράν δὲ τοῖς Εὐζημέροι τοῦ Μεσσηνίου φενακισμοῖς παρέβρασιν διδόντας, ὃς αὐτὸς ἀντίγραψα σωθεῖς ἀπίστου καὶ ἀνυπάρκτου μυθολογίας, πάσαν ἀθεότητα κατασκεδάννων τῆς οἰκουμένης, τοὺς νεμιζομένους θεοὺς πάντας διατρέψων εἰς ὄνδρατα στρατηγῶν καὶ ναυάρχων καὶ βασιλέων, ὡς δὲ πάλαι γεγονότων, εν δὲ Πάγγοντι γράμματι χρυσοῖς ἀναγραμμένων, οἵς οὕτε βίβραρος οὐδεὶς οὔτε

Ἐλλην, ἀλλὰ μόνος Εὐζήμερος, ὡς ἔσκει, πλεύσας εἰς τοὺς μηδαμόδιτης γεγονότας μηδὲ ὄντας Πατγάθως καὶ Τριφύλλως¹⁾ ἐντεύχηκε.

VIII.

Pseudo-Plutarchus, De placitis philosophorum I. c. 7, L. (ed. Diels in Doxogr. Græc. p. 297):

"Ἐνοι τῶν φιλοσόφων καθάπερ Διαγόρας ὁ Μήλιος²⁾ καὶ Θεόδωρος ὁ Κυρηναῖος καὶ Εὐζήμερος ὁ Τεγεάτης, καθόλου φασὶ μὴ εἶναι θεούς. Τὸν δὲ Εὐζήμερον καὶ Καλλίμαχος ὁ Κυρηναῖος αἰνίζεται ἐν τοῖς ἱάμβοις γράψων (sequitur Callimachi fragmentum supra t. I. allatum).

Hæc verba exscripsit Eusebius in Præpar. Evang. XIV. 16.

IX.

Minucius Felix, Octav. c. 21. (ed. Halm):

Lege historicorum³⁾ scripta vel scripta sapientium: eadem mecum recognosces. Ob merita virtutis aut numeris deos habitos Euheremus⁴⁾ exsequitur et eorum natales, patrias, sepulera dinumerat et per provincias monstrat, Dictæ Jovis,⁵⁾ Apollinis Delphici et Phariae⁶⁾ Isidis et Cereris Eleusiniae.

X.

Sextus Empiricus Adv. math. IX. 50. p. 561 (ed. Bekker):
Τὸν οὖν περὶ ὑπάρχειως θεοῦ σκεψαμένον οἱ μὲν εἰναὶ φασι θεόν,

¹⁾ Πρεσβύτεροι: codices et editiones omnes; Τριφύλλιοι: debebat auctor scribere secundum Diod. Sie. l. V. c. 44: Τριφύλλιον "Οἰκουπόν κληροῦνται τὸ τοῦ κατοικούντας ὄντας εἰς τοῖν τριφύλλοιν. Sed vide adnotationem ad hunc locum.

²⁾ Μήλιοι: cod. Parisinus 1672. et Pseudo-Galenus, Περὶ φιλοσόφων ιστορίας c. 33., qui hunc locum procul dubio respexit; Μήλιοις: cod. Mosquensis 339; Marcellianus 521; Eusebius in Præpar. Evang. XIV. 16., qui locum iam corruptum legit; Theodoreus Græc. affect. cur. p. 758. 760., qui Eusebiūm secutus est.

³⁾ Stoicorum: cod. Parisinus 1661; ed. pr.

⁴⁾ Euheremus: Galenus; erueret: Par.

⁵⁾ dictæ sacerdotis (ei corr. in et): Par.

⁶⁾ dictæ fariae (corr. m. 2. delii et pariae): Par.

οἱ δὲ μὴ εἶναι, οἱ δὲ μὴ μᾶλλον εἶναι τῷ μὴ εἶναι. Καὶ εἶναι μὲν οἱ πλεῖστοι τῶν δογματικῶν καὶ ἡ κανή τοῦ βίου πρόληψις, μὴ εἶναι δὲ οἱ ἐπικληθῆντες χάσμα, καθόπερ Εὐάγμερος

γέρων ἀλεῖσθαι σύνταξις φύγοντι¹⁾

καὶ Διαγόρας ὁ Μήλιος καὶ Ηρόδιος ὁ Κεῖος²⁾ καὶ Θεόδωρος καὶ ἄλλοι παραπληθεῖς· ὃν Εὐάγμερος μὲν ἔλεγε τοὺς νομιζομένους θεοὺς δυνατούς τινας γεγονέναι ἀνθρώπους καὶ διὰ τοῦτο ὅπερ τῶν ἄλλων θεοποιηθέντας δόξαι θεούς.

XI.

Pseudo-Galenus *Περὶ φύλασσόφου ιστορίας* c. 35 [in Dielsii Doxogr. Graec. p. 617. 618.]:

Οὓσα κατ' ἀρχὰς περὶ θεοῦ λέγοντες παραλεῖσπειρεν ταῦτα νῦν ἔροῦμεν. Τοὺς μὲν τῶν πρότερον πεφιλοσοφηκότων εὑροιμεν³⁾ (ἄν) θεοὺς γῆγονοκότας, ὥσπερ Διαγόραν τὸν Μήλιον⁴⁾ καὶ Θεόδωρον τὸν Κυρηναῖον καὶ Εὐάγμερον τὸν Τεγεάτην⁵⁾ οὐ γάρ εἶναι θεοὺς εἰπεῖν τετολμήκαστα.

XII.

Aelianus, Var. Hist. II. 31. ed. Hercher:

Καὶ τις οὖς ἀν ἐπήγειρε τὴν τῶν βαρβάρων σοφίαν; εἴ γε μηδεὶς αὐτῶν ἐς ἀθετήτα ἐξέπεσε, μηδὲ ἀμφιβάλλοντι περὶ θεῶν ἀρα γέ εἰσιν τῇ οὖσιν, καὶ ἀρά γε τίμων φροντίζουσιν τῇ οὖσι. Οὐδεὶς γοῦν ἔννοιαν ἔλαβε τοιαύτην, οἷαν Εὐάγμερος ὁ Μεσσήνιος τῇ Διογένῃς ὁ Φρέξ τῇ Πίπων τῇ Διαγόρᾳς τῇ Σωσίτῃς τῇ Ἐπικούρῳς οὗτος Ίνδος οὗτος Κελτὸς οὗτος Αἰγύπτιος.

XIII.

Clemens Alexandrinus, Protrept. c. II. 24. p. 20. ed. Dindorf:

Ὦν δὴ γάρων — οὐ γάρ οὐδαμῶς ἀποχρυπτέον — θαυμάζειν ἔπειτι

¹⁾ φύγοντι: corredit Bentley.

²⁾ Κεῖος: cod. Regimentanus.

³⁾ τοὺς μὲν τῶν πρότερον φύλασσόφετον εὑρομένα: cod. Laurent. LXXIV. 3.; τοὺς τὸ πρότερον φύλασσόφετον εὑρομένα: cod. Laurent. LVIII. 2.; corredit Diels addito ἄν.

⁴⁾ ὁ περιεγένεν τὸν Ἑλεῖον: Laurent. LXXIV. 3.; ὥσπερ ἀγέραν τὸν Ἑλεῖον: Laurent. LVIII. 2.; corredit Diels.

⁵⁾ εὑρομένον τὸν Τεγεάτην: Laurent. LVIII. 2.

μοι, ὅτι τρόπῳ Εὐάγμερον τὸν Ακραγαντῖνον καὶ Νεκίνορα τὸν Κόπριον καὶ Διαγόραν καὶ Πίπωνα τὸν Μήλιον, τὸν τε Κυρηναῖον ἐπὶ τούτοις εἰκόνεσιν — δια¹⁾ Θεόδωρος ὄνομα αὐτῷ — καὶ τινας ἄλλους συγγοΐς, σωφρόνως βεβιωκότας καὶ καθεωράκοτας ὀδύντερον ποι τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων τὴν ἀμφὶ τοὺς θεοὺς τούτους πλάνην, ἀθέους ἐπικεκλήκασιν, εἰ καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτὴν μή νενομηκότας, ἀλλὰ τὴν πλάνην γε ὑποπτευκότας· ὥπερ οὐ σωματὸν εἰς ἀληθείας φρονήσας ζώπυρον ἀναφέσται σπέρμα.

Cf. scholiastam ad hunc locum.

XIV.

Arnobius Adv. nat. IV. 29. ed. Reifferscheid:

Et possumus quidem hoc in loco omnis istos, nobis quos inducitis atque appellatis deos, homines fuisse monstrare vel Agragantino Euhemero replicato, cuius libellos Ennius, clarum ut fieret cunctis, sermonem in Italum transtulit, vel Nicanore²⁾ Cyprio vel Pellaeo Leonte vel Cyrenensi Theodoro vel Hippone ac Diagora Meliis, vel auctoribus aliis mille, qui scrupulosae diligenter cura in lucem res abditas libertate ingenua protulerunt. Possimus, inquam, si placet, et Jovis res gestas et Minervae expromere bella, virginis et Diana, quibus dolis Liber Indorum affectaverit regimen³⁾, cuius fuerit condicione Venus, eius opera, cuius quæstus, matrimonium Magna cuius tenuerit Mater, quidnam spei, quid voluptatis specioso ab Attide conceperit, unde Serapis Aegyptius, unde Isis, vel ex quibus causis appellatio ipsa concinnata sit nominum.

XV.

Lactantius De ira dei c. 11. ed. Fritzsche:⁴⁾

Unde igitur ad homines opinio multorum deorum persuasione pervenit?⁵⁾ Nimirum ii omnes, qui coluntur ut dii, homines

¹⁾ Delendum videtur δ.

²⁾ Nicanore: Par. 1661; Nicanore: corredit Meursius ex Clem. Alex. Protrept. c. II. 24., quem Arnobius hoc loco imitatus est.

³⁾ regimen: Hildebrandius: rege; Par.: regnum; Sabaeus.

⁴⁾ Etiam in siglis codicium editionem sequimur Fritzschianam.

⁵⁾ Ed. Par. a. 1513: persuasione.

fuerunt, et iidem primi ac maximi reges: sed eos aut ob virtutem, qua profuerant hominum generi, divinis honoribus affectos esse post mortem: aut ob beneficia et inventa, quibus humanam vitam excoluerant, immortalem memoriam consecutos quis ignorat? nec tantum mares, sed et feminas. Quod cum vetustissimi Græciæ scriptores, quos illi θεολόγος nuncupant, tum etiam Romani Græcos secuti et imitati, docent: quorum præcipue Euhemerus ac noster Ennius, qui eorum omnium natales, coniugia, progenies, imperia, res gestas, obitus, sepulera¹⁾ demonstrant.

XVI.

Eusebius, *Prepar. Evang.* II. 2. p. 59. ed. Dindorf:

Ο Διόδωρος καὶ ἐν τῇ ἑκτῃ ἀπὸ τῆς Εὐημέρου τοῦ Μεσσηνίου γραφῇ ἐπιχωροὶ τὴν αὐτὴν θεολογίαν [sc. quam l. III. c. 59. tradidit] ὡς κατὰ λέξιν φάσκων. 2. Ήρι θεῶν τοῖνον διττάς οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνθρώπων τοῖς μεταγενεστέροις παραδεδώκασι ἔννοιας· τοὺς μὲν γάρ ἀδίους καὶ ἀφθάρτους εἶναι φασιν, οἷον ἥλιον τε καὶ τελήγυην καὶ τὰ ἄλλα ἀστέρα τὰ καὶ οὐρανόν, πρὸς δὲ τούτοις ἀνέρους καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς τῆς ὄμοιας φύσεως τούτοις τεταυχύτας. τούτων μὲν γάρ ἔνακτον αἰδιον ἔχειν τὴν γένεσιν καὶ τὴν διαμονὴν. ἔτερον δὲ λέγονταν ἐπιγείους γενέσθαι θεούς, διά δὲ τὰς εἰς ἀνθρώπους εὑρεγείας ἀθανάτου²⁾ τεταυχύτας τιμῆς τε καὶ δόξης, οἷον Ἡρακλέα, Διόνυσον, Λειτειάν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς τούτοις ὄμοιους. 3. Ήρι δὲ τῶν ἐπιγείους θεῶν πολλοὶ καὶ ποσικοὶ παραδέδονται λόγοι παρὰ τοῖς ιστορικοῖς τε καὶ μυθογράφοις· καὶ τῶν μὲν ιστορικῶν Εὐημέρος ὁ τὴν ἵεράν ἀναγράψης ποιησάμενος ἤδης ἀναγέργαρφεν, τῶν δὲ μυθολόγων Όμηρος καὶ Ησίοδος καὶ Ορφεὺς καὶ ἔτεροι τοιοῦτοι περιτωδεστέροις μάθους περὶ θεῶν πεπλάκασιν· γησίς δὲ παρὰ ἀμφοτέροις ἀναγέργαρμμένα πειραζόμενα τυγχάμως ἐπιδραμεῖν, στοχαζόμενοι τῆς αμφιερείας.

XVII.

Augustinus *De civ. dei* I. VI. c. 7. ed. Dombart:

Quid de ipso Jove senserunt, qui eius nutricem in Capitolio

¹⁾ Multi libri manuser., inter quos Kell. Bas. G., et edd. fere omnes: *simulacra*.

²⁾ Sic melius in Montacutii codice. Vulgo deerat ζενάτου vocabulum.

posuerunt? Nonne adtestati sunt Euhemero, qui omnes tales deos non fabulosa garrulitate, sed historica diligentia homines fuisse mortalesque conscripsit?

XVIII.

Augustinus *De consensu Evang.* I. I. c. 23. [Migne: Patr. Tom. 34. p. 1055.] :

Sed numquid etiam ille Euhemerus poeta fuit, qui et ipsum Jovem et Saturnum patrem eius et Plutonem atque Neptunum fratres eius ita planissime homines fuisse prodit, ut eorum cultores gratias magis poetis agere debeant, quia ad eos non dehonestandos, sed potius ad exornandos multa finxerunt. Quamvis et ipsum Euhemerum ab Ennio poeta in Latinam linguam esse conversum Cicero commemorat.

XIX.

Theophilus ad Autolyeum, I. III. c. 5:

Τὰ περὶ Εὐημέρου τοῦ ἀθιετάτου πέρισσον ἥμαν καὶ λέγειν πολλὰ γάρ περὶ θεῶν τελμηγαστὰς φιλέγεσσαθαι ἔτχατον καὶ τὰ ἔξολοι μὴ εἶναι θεοῖς ἄλλα τὰ πάντα αὐτοματισμῷ διοικεῖσθαι βούλεται.

XX.

Theophilus ad Autolyeum, I. III. c. 5:

Τινὶ οὖν αὐτῶν πιστεύσαμεν· Φύλαρον τῷ Κεφαλῷ λέγοντι·

Οὐ γάρ τούς σέβοντες ἐλπίδας καλάς
Ἐγενατεῖς αὐτοτηρίαν

ἢ οἵς προειρήκαμεν Εὐημέρῳ καὶ Ἐπικούρῳ καὶ Πεθαγόρᾳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἀρνούμενοις εἶναι θεούσθειαν καὶ πρόνοιαν ἀναιροῦσι.

XXI.

Theodoreetus, *Graec. affect. curatio*, p. 758. ed. Schulze [pag. 102. apud Gaisford]:

Ἀναγνωστέον δὲ οὐ μόνον τὰ τῶν ἱερῶν ἀποτέλεων γαθήματα ἄλλα καὶ τὰ τῶν θεῶν προσηγόνων θεαπίσματα. Οὕτω γάρ τις καὶ τῆς παλαιᾶς καὶ τῆς νέας θεολογίας τὴν ἐμμεφωνίαν δρῶν, θεωμέσσει: τὴν ἀληθεῖαν καὶ φεύγεται μὲν Διαχρόνι τοῦ Μιλητίου καὶ τοῦ Κορηνίου

Θεοδώρου καὶ Εὐγέρειον τοῦ Τεγεάτου τὸ ἄθεον· τούτους γὰρ ὁ Ηλούταρχος ἔφης μηδένα νενομικέναι θεόν.

XXI.

Theodoreetus, Græc. affect. curatio, p. 760. ed. Schulze [p. 106. apud Gaisford]:

Οὐκ οὖν μόνοι γε ἄθεοι Διαγόρας ὁ Μάλαρος καὶ Θεόδωρος ὁ Κυρηναῖος καὶ Εὐγέρειος ὁ Τεγεάτης καὶ οἱ τούτους ἡκολονθητούτες, παντάποτε φάντες μὴ εἶναι θεούς, ὡς ὁ Ηλούταρχος ἔφη ἀλλὰ καὶ Ὁμηρος καὶ Πατοδος καὶ αἱ τῶν φίλοσοφων ἐμμορίαι, παρπόλλους μὲν θεῶν μυθολογήσαντες ὄρμαθούς, ἀνδραποδώδεις δὲ τινας καὶ παθῶν ἀνθρωπείων ἀποφήγαντες δούλους.

Euhemeri reliquiae.¹⁾

Præfatio.

I.

Εὐγέρειος δὲ ὁ ἐπικληθεὶς ἄθεος φῆσιν

‘Οτ’ ἦν ἀτακτὸς ἀνθρώπων βίος, οἱ περιγενόμενοι τῶν ἄλλων ἵσχυος τε καὶ συνέσει, ὥστε πρὸς τὰ ὑπ’ αὐτῶν κελευθύμενα πάντας βίουν, σπουδάζοντες μεῖζονος θαυματουργοῦ καὶ σεμνότητος τιμῆσιν, ἀνέπλασαν περὶ αὐτοὺς ὑπερβάλλουσάν τινα καὶ θείαν δύναμιν, ἔνθεν καὶ τοῖς πολλοῖς ἐνομίσθησαν θεοῖ.

[Sext. Empiricus IX. 17. p. 552. ed. Bekker.]

Descriptio Panchaiæ.

II.

4. Εὐγέρειος μὲν οὖν, φίλος γεγονὼς Κασσάνδρου τοῦ βασιλέως καὶ διά τούτον ἡναγκασμένος τελεῖν βασιλικάς τινας χρείας καὶ μεγάλας ἀποδημίας, φησὶν ἐκτοπισθῆναι κατὰ τὴν μεσημβριαν εἰς τὸν Ὁκεανόν. Ἐκπλεύσαντα δὲ αὐτὸν ἐκ τῆς εὐδαιμονος Ἀραβίας ποιήσασθαι τὸν πλοῦν δι² ‘Ωκεανοῦ πλείους ἡμέρας, καὶ προσενεγκθῆναι νῆσοις πελαγίαις; ὃν μίαν ὑπάρχειν τὴν ὄνομαζομένην Παγγαίαν, ἐν τῇ τεθεᾶσθαι τούς ἐνοικοῦντας Παγγαίους εἴσαεις διαφέροντας καὶ τοὺς θεοὺς τιμῶντας μεγαλοπρεπεστάτας θυσίας καὶ ἀναθήματιν ἀξιολόγοις ἀρχυροῖς τε καὶ χριστοῖς. 5. Εἶναι δὲ καὶ τὴν νῆσον ἱερὸν θεῶν, καὶ ἔτερα πλείω θαυμαζόμενα κατὰ ταὶς τὴν ἀρχαιότητα καὶ τὴν τῆς κατασκευῆς πολυτεχνίαν, περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος ἐν ταῖς πρὸ ταύτης βίβλοις¹⁾

¹⁾ Asterisco notavimus fragmenta, quae ex Enni versione fluxisse videntur.

²⁾ Vide an fuerit ēν τῇ βίβλῳ.

ἀναγεγράψαμεν. 6. Είνα: δ' ἐν αὐτῇ κατά τινα λόφου ὑψηλὸν καθ' ὑπερβολὴν ἵερὸν Διὸς Τριψύλιον¹⁾ καθιδρυμένον ὅπ' αὐτοῦ καθ' ὃν κακῷον ἔβασιλενε τῆς οἰκουμένης ἀπάσῃς ἔτι κατὰ ἀνθρώπους ὄν. 7. Ἐν τούτῳ τῷ ἱερῷ στήλῃ εἶναι χριστὴν, ἐν δὲ τοῖς Πατρικίοις γράμμασιν ὑπάρχειν γεγραμμένας τὰς τοῦ Οὐρανοῦ καὶ Κρόνου καὶ Διὸς πράξεις καρακατιδῶς.

Excerptum e Diodori Siculi libro VI. apud Eusebium, Praepar. Evang. II. 2; 4—7. p. 59. ed. Dindorf.]

III.

XLI. Ἐπει τῆς πρὸς ἑσπέραν κεκλιμένης χώρας καὶ τῆς πρὸς τὰς²⁾ ὁρίστους νενευκούσας, ἔτι δὲ τῶν κατά τὸν Όκεανὸν διεγέλθομεν, ἐν μέρει διέξιφεν περὶ τῶν κατὰ τὴν μεσημβρίαν νήσων τῶν ἐν Όκεανῷ τῆς Αραβίας τῆς πρὸς ἀνατολὴν κεκλιμένης καὶ προσορίζοντος τῇ καλλουμένῃ Κερδεωσίᾳ.

2. Ἡ μὲν³⁾ γάρ χώρα πολλαῖς κώμαις καὶ πόλεσιν ἀξιολόγοις κατοικεῖται, καὶ τούτων αἱ μὲν ἐπὶ χωματίων ἀξιολόγων κείνται, αἱ δὲ ἐπὶ γαλάσφων⁴⁾ ἢ πεδίων καθιδρούνται. ἔχουσι δὲ αὐτῶν αἱ μέγισται βασίλεια κατεσκευασμένα πολυτελῶς, πλῆθος οἰκητόρων ἔχοντα καὶ κτίσεις⁵⁾ ἴκανας. 3. Ήλσα δὲ αὐτῶν ἡ χώρα γέμει θρημάτων παντοδαπῶν, καρποφορούσα καὶ νορᾶς ἀριθμούς παρεχομένη τοῖς βοσκήμασι· ποταμοὶ τε πολλοὶ διαβρέσσοντες ἐν αὐτῇ πολλῇ ἀρδεύονται· χώραν, συνεργοῦντες⁶⁾ πρὸς τελείαν αἴγαριν τῶν καρπῶν. διὸ καὶ τῆς Αραβίας ἡ πρωτεύουσα τῇ ἀρετῇ προστηγορίαν θάλαταν οἰκεῖαν, εὑδαιρεῖν ὄνυχας καθίστεῖσα.

4. Ταῦτης δὲ κατὰ τὰς ἑσχατικὰς τῆς παρωκεανίτιδος χώρας κατ' ἀντικρὺν νῆσοι κείνται πλεῖστοι, ὧν τρεῖς εἰσὶν ἄξια: τῆς ιστορικῆς ἀναγραφῆς, μία μὲν δὲ προσαγορευμένη Ἱερά, καθ' ἣν σίκι τοὺς τετελευτητάς θάπτειν, ἔτέρα⁷⁾ δὲ πληγίους ταύτης, ἀπέχουσα σταδίους

¹⁾ Vulgo mendose Τριψύλιον; cf. Diod. V. 41—46.

²⁾ Articulum omittit Coisl.

³⁾ Deest in Coisl.

⁴⁾ γαλάσφους πεδίου: Reg. Vat.; hinc Stephanus medium vocem nota signavit.

⁵⁾ κτίσεις: Coisl.

⁶⁾ sic Coisl. et Mut.; alii ταντελούντες.

⁷⁾ ἵπτα . . . εἰ; ἦν: Reg. et Ursini cod. omissis mediis, quibus et Steph. asteriscum propterea appinxit.

ἐπτά,¹⁾ εἰς ἣν κομίζουσι τὰ σώματα τῶν ἀποθανόντων ταφῆς ἀξιούντες. ἡ δὲ οὖν Ἱερὰ τῶν μὲν ἄλλων καρπῶν ἄμυντός ἐστι, φέρει δὲ λιβανικοῦ τοσοῦτο²⁾ πλῆθος ὥστε διαρκεῖν καθ' ὅλην τὴν οἰκουμένην πρὸς τὰς τῶν θεῶν τιμάς· ἔχει δὲ σμύρνης πλῆθος διάφορον καὶ τῶν ἄλλων θηματαράτων παντοδαπὰς φύσεις, παρεχομένας πολλὴν εἰδωδίαν. 5. Η δὲ φύσις ἐστι³⁾ τοῦ λιβανωτοῦ καὶ ἡ κατακευὴ τοιάδε· δένδρον ἐστὶ τῷ μὲν μεγάλει μικρόν, τῇ δὲ προσόψῃ· τῇ ἀκάνθῃ τῇ Λέγυπτῳ τῇ λευκῇ παρεμφερές, τὰ δὲ φύλλα τοῦ δένδρου ὅμοια τῇ ὄνομαζομένῃ ἰσέᾳ,⁴⁾ καὶ τὸ ἄνθος ἐπ' αὐτῷ φύεται χρυσειδές, ὃ δὲ λιβανωτὸς γυνόμενος ἐστὶ αὐτοῦ ὄπιζεται ὡς ὃν δάκρυον. 6. Τὸ δὲ τῆς σμύρνης δένδρον ὅμιλον ἐστι τῇ σχίνῳ, τὸ δὲ φύλλον ἔχει λεπτότερον καὶ πυκνότερον. ὅπιζεται δὲ περισκαρφείσης τῆς γῆς ἀπὸ τῶν ῥιζῶν, καὶ ὅσα μὲν αὐτῶν ἐν ἀγαθῇ τῇ πέφυκεν, ἐκ τούτων γίνεται δις τοῦ ἐνταντοῦ, ἔστρος καὶ θύρος· καὶ δὲ μὲν πυρρὸς ἔστρογες διὰ τὰς δρόσους, ὃ δὲ λευκὸς θερινὸς⁵⁾ ἐστι· τοῦ δὲ παλιούρου συλλέγονται τῶν καρπῶν, καὶ χρῶνται βρωταῖς καὶ ποτοῖς καὶ πρὸς τὰς κοιλίας τὰς ἥβεστας φαρμάκωρ.

XLI. διηρήγαται δὲ τοῖς ἑγχωρίοις ἡ χώρα, καὶ ταῦτης ὁ βασιλεὺς λαμβάνει τὴν κρατιστὴν καὶ τῶν καρπῶν τῶν γνωμένων ἐν τῇ νήσῳ δεκάτην⁶⁾ λαμβάνει· τὸ δὲ πλάτος τῆς νήσου φασίν εἶναι σταδίων ὡς διακοσίων. 2. κατοικοῦσι δὲ τὴν νήσον οἱ καλούμενοι Πατρικοί, καὶ τὸν ταλιβανωτὸν καὶ τὴν σμύρναν κομίζουσιν εἰς τὸ πέραν καὶ πωλοῦσι τοὺς τῶν Αράβων ἐμπόρους, παρ' ὧν ἄλλοι τὰ τοιαῦτα φορτία⁷⁾ ἀνούμενοι διακομίζουσιν εἰς τὴν Φασινίην καὶ Κοιληνὸν Συρίαν, ἐστὶ δὲ Λέγυπτον, τὸ δὲ τελευταῖον ἐκ τούτων τῶν τόπων ἐμπόροι διακομίζουσιν εἰς πάσσαν τὴν οἰκουμένην. 3. Ἐστι δὲ καὶ ἄλλη νήσος μεγάλη, τῆς προειρημένης ἀπέχουσα σταδίους τριάκοντα, εἰς τὸ πέρας ἔω μέρος τοῦ Όκεανοῦ κειμένη, τῷ μήκει πολλῷ τινων σταδίων· ἀπὸ γάρ τοῦ πρὸς ἀνατολὰς ἀνήκοντος ἀκρωτηρίου φασὶ θεωρεῖσθαι τὴν Ἰνδοκήνα δέριον διὰ τὸ μέγεθος τοῦ διαστήματος. 4. Ἐγειρεται δὲ ἡ Πατρικία καθ' ἄστρην⁸⁾ πολλὰ τῆς ιστορικῆς

¹⁾ sic Coisl.; alii δὲ ἐπτά.

²⁾ Τασσοῦν: Coisl. Mut.

³⁾ sic Coisl. Mut. Reg. Vat. mos id verbum (ἴπτα) pretereuntis; alii εἵπτα.

⁴⁾ Ἱερά et paulo post σχίνην Co.

⁵⁾ οὖδε, vett. γενερινός.

⁶⁾ δεκάτης: Coisl. Mut.

⁷⁾ τὰ φορτία: Reg. Coisl.

⁸⁾ asteriscum addit his, quae Vat. ignorat, Steph.; εἵπτη αἰτίαν: Reg. Mut.

ἀναγραφής ἄξια. κατοικοῦσας δὲ αὐτὴν αἰτούμενος μὲν οἱ Πατριάται λεγόμενοι, ἐπῆλθες δ' Ὦκεανῖται καὶ ἕδοι καὶ Σκύθαι καὶ Κρήτες. 5. Πόλις δ' ἔστιν ἀξιόλογος ἐν αὐτῇ, προσαγορευομένη μὲν Πανάρα, εὐδαιμονίᾳ δὲ διαφέρουσα. Οἱ δὲ ταῦτην οἰκοδύτες καλοῦνται μὲν ἑκέται¹⁾ τοῦ Διὸς τοῦ Τριφύλιον μόνοι δ' εἰσὶ τῶν τὴν Πατριάται χώραν οἰκοδύτων αὐτόνομοι καὶ ἀβασιλεύοτοι. Άρχοντας δὲ καθιστάσοις κατ' ἐνιστόντων τρεῖς· αὗτοι δὲ θανάτου μὲν τὸν εἰσὶ κύριοι, τὰ δὲ λοιπὰ πάντα διακρίνουσι καὶ αὗτοι δὲ αὗτοι τὰ μάριστα ἐπὶ τοὺς ἵερεis²⁾ ἀναφέρουσιν. 6. Άπλος δὲ ταῦτης τῆς πόλεως ἀπέχει σταδίους ὡς ἑξήκοντα ἵερον. Λίός Τριφύλιον³⁾ κείμενον μὲν ἐν χώρᾳ πεδίστι, θυμωμάζομενον δὲ μᾶλιστα διά τε τῆς ἀρχαιότητα καὶ τῆς πολυτέλειαν τῆς⁴⁾ κατασκευῆς καὶ τῆς τῶν τόπων εὐρυτάν.

XLIII. Τὸ μὲν οὖν περὶ τὸ ἱερόν πεδίον συνηρεψές ἔστι παντοῖος δένδρεσιν, οὐ μόνον καρποφόροις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς δημητρέοντος τέρπειν τὴν δρασιν· καπαρίτων τε γάρ ἔξαισιν τοῖς μεγέθεσι καὶ πλατύνων καὶ δόρνης πατι μυρσίνης⁵⁾ καταγέμει, πλήθεστος τοῦ τόπου ναυαγιατῶν ὄδατων. 2. Πληραιον γάρ τοῦ τεμένους ἐν τῆς γῆς ἔκπτωτει τηλικύτην τὸ μέρεσθος πηγὴ γλυκός ὅδατος ὥστε ποταμὸν ἐξ αὐτῆς⁶⁾ γένεσθαι πλωτόν. Ἐκ τούτου⁷⁾ δ' εἰς πολλὰ μέρη τοῦ ὅδατος διαιρουμένου, καὶ τούτων ἀρδευομένων, κατὰ πάντα τὸν τοῦ πεδίου τόπον συνάγεται δένδρων ὄφηλῶν πεφύκασι συνεχεῖς,⁸⁾ ἐν αἷς πλήθος ἀνδρῶν ἐν τοῖς τοῦ θέρους καροῖς ἐνδιατρίβει, ὄρνέων τε πλήθος παντοδαπῶν ἐννεοττεύεται,⁹⁾ ταῖς γρύβαις διάφορα καὶ ταῖς μελωδίαις μεταλλην παρεχόμενα τέρψιν, κηρεῖται τε παντοδαποι καὶ λειψιδῶν πολλοὶ καὶ διάφοροι ταῖς χλόαις¹⁰⁾ καὶ τοῖς ἄνθεσιν, ὥστε τῇ θεοπρεπείᾳ τῆς προσέφεως ἄξιον τῶν ἐγχωρίων θεῶν φαίνεσθαι. 3. Ἡν δὲ καὶ τῶν φοινίκων στελέχη μεγάλα καὶ καρποφόρα διαφερόντως καὶ καρύαι πολλαὶ ἀκροδρόμων διαφέρεστάτην τοῖς ἐγχωρίοις ἀπόλαυσιν παρεχόμεναι. Χωρὶς δὲ τούτων

¹⁾ οὐκίσιν . . . Γρεψύλλιον: Reg. Coisl. Pogg.

²⁾ Τοῖς ἱεροῖς: Coisl.

³⁾ Γρεψύλλιον: Reg. Coisl.

⁴⁾ sic Coisl.; alii τῆς τε.

⁵⁾ sic Reg. Coisl. Pogg.; μυρσῖνης: ξενιτ.: alii; μυρσίνης γένεσις: Mut.

⁶⁾ sic Coisl. Reg.; αὗται: cett.

⁷⁾ ἐκ τούτου: Coisl. Mut. Reg.

⁸⁾ συνεχεῖς: Steph. marg. Reg. Mut. Coisl. Clar. I. Vat.; vulgo διαφέλεται.

⁹⁾ ἐννεοττεύεται: Cod. Ursin. Reg. Coisl. Clar.

¹⁰⁾ γρύβαις edd. vett.; paulo post καρύαι loco καρύαι Coisl.

ὑπῆρχον ἄμπελοι πολλαὶ καὶ παντοδαπαί, αἱ πρὸς ὄφος ἀνηγμέναι καὶ διαπεπλεγμέναι ποκίλιως ἥδεῖσαν τὴν πρόσσοφιν¹⁾ ἐποίουν καὶ τὴν ἀπόλαυσιν τῆς δράσης ἐποιησάτην παρείχοντο.

XLIV. Οἱ δὲ ναὸς ὑπῆρχεν ἀξιόλογος ἐκ λίθου λευκοῦ, τὸ μῆκος ἔχων δυοῖν²⁾ πλέστρων, τὸ δὲ πλάτος ἀνάλογον τῷ μῆκει· κίσισι δὲ μεγάλοις καὶ παχέσιν ὑπέρειστο³⁾ καὶ γλυφαῖς φιλοτέχνηοις διειδημένοις⁴⁾ ἀγάλματα τε τῶν θεῶν ἀξιόλογάτατα, τῇ τέχνῃ διάφορα καὶ τοῖς βάρεσι θαυμαζόμενα. 2. Κύκλῳ δὲ τοῦ ναοῦ τὰς οἰκίας εἶχον οἱ θεραπεύοντες τοὺς θεοὺς ἵερεis, δι? ὧν ἀπαντά τὰ περὶ τὸ τέμενος διφεύτειο. Άπλος δὲ τοῦ ναοῦ δρόμος κατεσκεύαστο, τὸ μὲν μῆκος σταδίων τεττάρων, τὸ δὲ πλάτος πλέστρου. 3. Ήπαρ δὲ τὴν πλεύραν ἐκάτεραν τοῦ δρόμου χαλκεία μεγάλα κεῖται, τὰς βάσεις ἔχοντα τετραγώνους· ἐπ' ἐσχάτῳ⁵⁾ δὲ τοῦ δρόμου τὰς πηγὰς ἔχει λάβρως ἐπιχειρούμενας ὁ προειρημένος ποταμός. Ἐστι δὲ τὸ φερόμενον βεῦμα τῇ λευκότητι καὶ γλυκύτητι⁶⁾ διαφέρον πρὸς τε τὴν τοῦ σώματος ὑπεισαῖν πολλά συμβαλλόμενον τοῖς χρωμένοις· ὄνομάζεται δὲ ὁ ποταμὸς οὗτος γλίσιος ὄδαρι. 4. Περιέχει δὲ τὴν πηγὴν διλγυρητὶ λευκὴν πολυτελῆς, διατείνουσα παρ' ἐσχάτεραν πλευράν σταδίους τέτταρας. Ὅχρι δὲ τῆς ἐσχάτης πρηπεῖδος ὁ τόπος οὐκ ἔστι βάσιμος ἀνθρώπῳ πλὴν τῶν ἵερων. 5. Τὸ δὲ ὑποκείμενον πεδίον ἐπὶ σταδίους διακοσίους καθιερωμένον ἔστι τοῖς θεοῖς, καὶ τὰς ἐξ αὐτοῦ προσάσθους εἰς τὰς θυσίας ἀναλίσκουσιν. Μετά δὲ τὸ προειρημένον πεδίον δρός ἔστιν ὄφηλόν, καθιερωμένον μὲν θεοῖς, ὄνομάζομενον δὲ Οὐρανοῦ δίλφος καὶ Τριφύλιος⁷⁾ Οὐλιππος. 6. Μυθολογοῦσι γάρ τὸν παλαιὸν Οὐρανὸν βασιλεύοντα⁸⁾ τῆς οἰκουμένης προσηγνῶς ἐνδιατρίβειν ἐν τῷδε τῷ τόπῳ καὶ ἀπὸ τοῦ ὄφους ἐφορᾶν τὸν τε οὐρανὸν καὶ τὰ κατ' αὐτὸν ἀστέρα, ὄστερον δὲ Τριφύλιον Οὐλιππον κληηθῆναι διὰ τὸ τοὺς κατοικοῦντας ὑπάρχειν ἐκ τριῶν ἑπτανόν ὄνομάζεσθαι⁹⁾ γάρ τοὺς μὲν Πατριάταις τοὺς δὲ Ὦκεανίτας, τοὺς δὲ Δρονίς¹⁰⁾ οὓς δεύτερον ὑπὸ Αμφιονος ἐκβληθῆναι. 7. Τὸν

¹⁾ οἰκίσιν τὴν πρόσσοφιν ἥδεῖσαν: Reg. Coisl. Mut.

²⁾ δυοῖν: Reg. Mut.

³⁾ οπιστρυτό: Reg.; οπιστρύτης: Co.

⁴⁾ sic Clarom. I.; alii διειδημένος.

⁵⁾ ἐσχάτῳ: Mut., ἐσχάτου: Reg.

⁶⁾ Non habent duas has voces Reg. Coisl. Pogg.

⁷⁾ Τριφύλλιος: Reg.

⁸⁾ βασιλεύσαντα: Reg.

⁹⁾ ὄνομάζεσθαι δι τοὺς μὲν Αργείους: Coisl. Reg.

¹⁰⁾ Δρονίς: Vat. Clar. 2.; Δρόνις: Reg. Coisl. Mut.

γάρ Ἀμμινά φασι μὴ μόνον φυγαδεῖσαι τοῦτο τὸ ἔθνος, ἀλλὰ καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν ἄρδην ἀνελεῖν, καὶ καταπαύσαι τὴν τε Δώρων¹⁾ καὶ Αστερουσίαν. Θυσίαν τε κατ' ἐνικατὸν ἐν τούτῳ τῷ δρει ποιεῖν τοὺς ἵερεis μετὰ πολλῆς τῆς²⁾ ἀγνείας.

XLV. Μετὰ δὲ τὸ δρος τοῦτο καὶ κατὰ τὴν ἄλλην Παγγαῖτιν³⁾ χώραν ὑπάρχειν φασὶ οἱων παντοδαπὸν πλῆθος⁴⁾ ἔχειν γάρ αὐτὴν ἐλέφαντάς τε πολλοὺς καὶ λέοντας καὶ παρδάλεις καὶ δορκάδας καὶ ἄλλα πλεισ θηρία διάφορα ταῖς τε προσόψεις καὶ ταῖς ἀλλαχις θηριαστά. 2. Ἐγει δὲ ή νῆσος αὗτη καὶ πόλεις τρεῖς ἀξιολόγους, Ἡρακίου⁵⁾ καὶ Ιακώβου καὶ Ὁρεανίδα. Τὴν δὲ χώραν δῆλην εἶναι καρποφόρον καὶ μάλιστα σίνων παντοδαπῶν ἔχειν⁶⁾ πλῆθος. 3. Εἶναι δὲ τοὺς ἄνδρας πολεμικοὺς καὶ ἀρματοῖς⁷⁾ χρῆσθαι κατὰ τὰς μάχας ἀρχαῖκως. Τὴν δὲ δῆλην πολιτείαν ἔχουσι τριμερή, καὶ πρῶτον ὑπάρχει μέρος παρ' αὐτοῖς τὸ τῶν ἱερῶν, προσκειμένων τοῖς τῶν τεχνιτῶν,⁸⁾ δευτέρα δὲ μέρος ὑπάρχει τῶν γεωργῶν, τρίτη δὲ τῶν στρατιωτῶν, προστιθεμένων τῶν νομάων. 4. Οἱ μὲν οὖν ἱερεῖς τῶν ἀπάντων ἡσαν ἥγειρόνες, τὰς τε τῶν ἀμφιβολήσεων κρίσεις⁹⁾ ποιούμενοι καὶ τῶν ἄλλων τῶν δημοσίᾳ πρατταμένων κόριοις οἱ δὲ γεωργοὶ τὴν γῆν ἐργαζόμενοι τοὺς καρποὺς ἀναφέρουσιν εἰς τὸ κοινόν, καὶ δοτικὸν ἀν αὐτῶν δοκῇ καλλιστα γεγενηγκέναι, λαμβάνει γέρας ἐξαιρετον ἐν τῇ διαιρέσει τῶν καρπῶν, κριθεὶς ὑπὸ τῶν ἱερῶν ὁ πρώτος καὶ ὁ δεύτερος καὶ οἱ λοιποὶ μέγρι δέκα, προτροπής ἔνεκα τῶν ἄλλων. 5. Παραπλησίως δὲ τούτοις¹⁰⁾ καὶ οἱ νομαὶ τὰ τε ἱερεῖα¹¹⁾ καὶ τὰλλα παραδιδόσαν εἰς τὸ δημόσιον τὰ μὲν ἀριθμῷ, τὰ δὲ απαθητῷ, μετὰ πάσης ἀκριβείας. Καθόλοι γάρ αὐδὲν ἔξεστον ἴδια κτήσασθαι πλὴν σίκιας καὶ κήπου¹²⁾ πάντα δὲ τὰ γεννήματα καὶ τὰς προσδόους οἱ ἱερεῖς παραλαμβάνοντες τὸ ἐπιβόλλον ἔκαστῳ δικαίῳ ἀπονέμουσι, τοῖς δὲ ἱερεῖσι μόνοις δίδοται διπλάσιον. 6. χρωνται δὲ ἐσθῆται μὲν μαλλακαὶ διὰ τὸ παρ' αὐτοῖς πρόβατα

¹⁾ Δάσον: Steph. marg. Clar. 2. Vat.; Λοιδον: Coisl. Reg. Mut.

²⁾ artieulus exsulat ex Coisl. Reg.

³⁾ Παγγαῖτιν: Coisl. Mut.

⁴⁾ Ἡρακίου: Reg. Mut. Pogg.; vulgo Θεσσαλ.

⁵⁾ Ἡρακία: Clar. 1.

⁶⁾ ἄνδρας: Clar.

⁷⁾ τεγνητῶν: solito sibi more Co.

⁸⁾ κράτος: Clar. 1.

⁹⁾ δι τούτοις desunt Coisl.

¹⁰⁾ ἦρις καὶ τὰ ἄλλα: Reg.

¹¹⁾ κήπους: Vat. Moz. πάντων δι Coisl. Mut.

ὑπάρχειν διαφέροντα τῶν ἄλλων τὴν¹⁾ μαλακότητα φοροῦσι δὲ καὶ κόσμον γρυποῦν, οὐ μόνον αἱ γυναικεῖς, ἀλλὰ καὶ αἱ ἄνδρες, περὶ μὲν τοὺς τραχύλους ἔχοντες στρεπτοὺς κόκλους, περὶ δὲ τὰς χειρας φέλια,²⁾ ἐκ δὲ τῶν ὕτων παραπλησίως τοῖς Πέρσαις ἐξηρτημένους κρίκους. Ὅποδέσσοι³⁾ δὲ κοῖλαις χρῶνται καὶ τοῖς χρώμασι πεποικιλμέναις περιττότερον.

XLVI. Οἱ δὲ στρατιώται λαμβάνοντες⁴⁾ τὰς μαμερισμένας συντάξεις φυλάττουσι τὴν χώραν, διειληφότες δύχρωμασι καὶ παρειβολαῖς. Ἐστι γάρ τι μέρος⁵⁾ τῆς χώρας ἔχον ληστήρια θρασέων καὶ παρανόμων ἀνθρώπων, οἱ τοὺς γεωργοὺς ἐνεδρεύοντες πολεμοῦσι τούτους. 2. Αὗτοι δὲ οἱ ἱερεῖς πολὺ τῶν ἄλλων ὑπερέχουσι⁶⁾ τρυφῇ καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς ἐν τῷ βίῳ καθητεούστησι καὶ πολυτελεῖσις στολᾶς μὲν γάρ ἔχουσι λινάς τῇ λεπτότητι⁷⁾ καὶ μαλακότητι διαφόρους, ποτὲ δὲ καὶ τὰς ἐκ τῶν μαλακωτάτων ἔριων κατεσκευασμένας ἐπενήτας φοροῦσι πρὸς δὲ τούτους μίτρας ἔχουσι γρυπούφερες⁸⁾ τὴν δὲ ὑπόδεσιν ἔχουσι σανδάλια ποικιλα φύλοτέγχως εἰργασμένα γρυποφοροῦσι δὲ δομοίς ταῖς γυναικὶ πλὴν τῶν ἐνωτίων.⁹⁾ 3. Προσεδρεύονται δὲ μάλιστα ταῖς τῶν θεῶν θεραπείαις καὶ τοῖς περὶ τούτων δημοσίαις καὶ ἐγκαίρωις, μετ' ὧδης τὰς πράξεις αὐτῶν καὶ τὰς εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίας διαπορευόμενοι. Μυθολογοῦσι δὲ οἱ ἱερεῖς τὸ γένος αὐτοῖς ἐκ Κρήτης ὑπάρχειν, ὃποι Δίος ἥγημοις¹⁰⁾ εἰς τὴν Παγγαῖαν, ὅτε κατ' ἀνθρώπους ὡν ἐβασίλευε τῆς οἰκουμένης¹¹⁾ καὶ τούτων σημεῖα φέρουσι τῆς διαλέκτου, δεικνύοντες τὰ πολλὰ διαχένεται παρ' αὐτοῖς Κρητικῶς ὀνομαζόμενα¹²⁾ τὴν τε πρὸς αὐτοὺς αἰκενίητα καὶ φίλανθρωπαν ἐκ προγόνων παρειληφέναι, τῆς φήμης ταύτης τοῖς ἐγγόνοις¹³⁾ παραδιδομένης ἀει. 4. Ἐδείκνυον δὲ καὶ ἀναγραφὰς τούτων, ἃς ἔφασαν τὸν Δία πεποιησθαι καθ' ὃν καιρὸν ἔπει τὸν ἀνθρώπους ὡν ἰδρύσατο τὸ ἱερόν. Ἐγει δὲ ή χώρα μέταλλα δακτυλή γρυποῖς τε καὶ ἀργύρῳ καὶ χαλκῷ καὶ καττιτέρῳ καὶ σιδήρῳ· καὶ τοῦ-

¹⁾ διὰ τὴν: Coisl. Mut. Vat.

²⁾ φέλια: Coisl. Vat.: φέλιξ: aliis.

³⁾ ὑπόδεσις: cod. Urs.

⁴⁾ συντάξεις: Clar. 2. Ursini ms.

⁵⁾ τι μέρος: Coisl. Reg.; cett: τό.

⁶⁾ διαφέρουσι: marg. Stephanii, cod. Ursini et Clar. 2.; tum προσεδρεύονται Coisl. Mut.

⁷⁾ sic. Reg. Mut.; aliis λευκότητα.

⁸⁾ ἐνωτίον: nonnulli mss.

⁹⁾ γρυπούφερες: Reg. Mut. Coisl.

¹⁰⁾ ἐν τοῖς ἐγγόνοις: Coisl. ἐν τοῖς ἐγγόνοις: Mut. Reg. Vat.

τον οὐδὲν ἔξεστιν ἔξενεγκεῖν¹⁾ ἐκ τῆς νήσου, τοῖς δὲ ἵεροις οὐδὲν ἔξελθεῖν τὸ παράπαν ἐκ τῆς καθημερινῆς χώρας· τὸν δὲ ἔξελθόντα ὁμοσίαν ἔχει²⁾ ὁ περιτυχῶν ἀποκτεῖναι. 5. Ανατήματα δὲ γρυσά καὶ ἄργυρα πολλὰ³⁾ καὶ μεγάλα τοῖς θεοῖς ἀνάκειται, σεσωρευκότος τοῦ χρόνου τὸ πλήθος τῶν καθημερινῶν ἀναθημάτων. 6. Τά τε θυρώματα τοῦ ναοῦ θαυμαστὰς ἔχει τὰς κατασκευὰς ἐξ ἄργυρου καὶ γρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος, οἵτινες⁴⁾ θεοδημούρογρυμένας. Ή δὲ κλίνη τοῦ θεοῦ τὸ μὲν μῆκος ὑπάρχει πηγῶν ἔξι,⁵⁾ τὸ δὲ πλάτος τεττάρων, γρυσῇ δὲ ὅλῃ⁶⁾ καὶ τῷ κατὰ μέρος ἐργασίᾳ φιλοτέχνως κατεσκευασμένη. 7. Παραπλήσιος δὲ καὶ ἡ τράπεζα τοῦ θεοῦ καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῇ λειτή πλούτελείᾳ παράκειται πληγοῖς τῆς κλίνης. Κατὰ δὲ μέσην τὴν κλίνην ἔστηκε στήλη γρυσῇ μεγάλῃ, γράμματα ἔχουσα τὰ πάρ' Δίκυπτοις ἵερά παλούμενα, δι' ὧν τοὺς αἱ πράξεις Οὐρανοῦ τε καὶ Δίος ἀναγεγραμμέναι⁷⁾ καὶ μετὰ ταῦτας αἱ Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος ὥρ⁸⁾ Ἐρμοῦ προσαναγεγραμμέναι⁹⁾

Περὶ μὲν οὖν τῶν κατ' ἀντικρὺ τῆς Ἀραβίας ἐν Ὀκεανῷ νήσοιν ἀρκεσθησόμενα τοῖς ἥρθεσιν.

[Diodorus Sieulus, l. V. c. 41—46. ed. Dindorf.]

IV.*

sit dives amomo
Cinnamaque costumque suum sudataqua ligno
Tura ferat floresque alios Pauchaia tellus,
Dum ferat et murram
[Ovidius, Metam. X. 307—310.]

V.

Panchaia: Arabia, ut diximus supra. Panchaia regio Arabie,
ubi est templum Triphylli Jovis.

[Servius ad Verg. Georg. II. 139. ed. Thilo.]

¹⁾ Εἴσοιν ξενεγκεῖν: Vat. εἴσοιν ξενεγκεῖν: Co. Mut. Reg.; vulgo εἴσοιν ξενεγκεῖν.

²⁾ εἴχειν: Clar. I.

³⁾ πολλά: prave Clar.

⁴⁾ οὔρατα: Mut. Coisl. Reg.; alli εὔρατα;

⁵⁾ έπτά: Clar.

⁶⁾ δὲ ὅλη: Clar. I.

⁷⁾ ἀναγεγραμμέναι: Mut. Reg. Clar. 2.; καὶ μετὰ ταῦτα; Coisl. Vat. Reg. Mut.; vulgo ἀναγεγραμμέναι et μετ' αὐτά;

⁸⁾ προσαναγεγραμμένην: Clar. I.

De Urano.

VI.

8. Μετὰ ταῦτα φησιν πρῶτον Οὐρανὸν γεγονέναι βασιλέα, ἐπιεικῆ τινα ἄνδρα καὶ εὐεργετικὸν καὶ τῆς τῶν ἀστρων κινήσεως ἐπιστήμονα, διὸ καὶ πρῶτον θυσίας τιμῆσαι τοὺς οὐρανίους θεούς· διὸ καὶ Οὐρανὸν προσαγορευθῆναι. 9. Γίος δὲ αὐτῷ γενέσθαι ἀπὸ γυναικὸς Ἑστίας Τιτάνα¹⁾ καὶ Κρόνου, θυγατέρας δὲ Ρέαν καὶ Δήμητρα.

[Excerptum e Diodori Sieuli libro VI. apud Eusebium, Praepar. Evang. II. 2; 8. 9. p. 59. ed. Dindorf.]

VII.*

Ennius quidem in Euthemero non primum dicit regnasse Saturnum, sed Uranum patrem.

Initio, inquit, primus in terris imperium summum Caelus²⁾ habuit. Is id regnum una cum fratribus suis sibi³⁾ instituit atque paravit.

[Lactantius, Div. Instit. I. I. c. 13. ed. Fritzsche.]

VIII.*

Cui ergo sacrificare Juppiter potuit, nisi Cælo avo, quem dicit Euhemerus in Oceania⁴⁾ mortuum et in oppido Huracia⁵⁾ sepultum.

[Lactantius, Div. Instit. I. I. c. 11. ed. Fritzsche.]

De Saturno.

IX.

Κρόνον δὲ βασιλεύσας: μετὰ Οὐρανὸν καὶ γύραντα Ρέαν γεννήσας Δία καὶ Ἡραν καὶ Ποσειδῶνα.

¹⁾ Ηλία: codices, sed cf. Lact. Div. Inst. I. 14.

²⁾ Cælus: libri mss; Uranus: edd. vett.

³⁾ suis sibi: Epitome; Kell. Bas. G.; sibi: omissio suis, Bern. A.; suis omissio sibi: vulgo.

⁴⁾ Oceania: sex Regg.; Oceania: Lips. 202; Occiania: Lips. 203; Occana: Lips. 204; Octavia: nonnulli.

⁵⁾ Huracia: scripsi; Anlacia: Lips. 203 et quidam ali; Alaria: Lips. 202; Anlanaa: Lips. 204; occurunt in eodd. et Anlatia et Aularia, tum alia monstra.

[Excerptum e Diodori Sieuli libro VI. apud Eusebium Praepar. Evang. II. 2; 9. p. 59. ed. Dindorf.]

X.

Καὶ βασιλέσσαι δὲ αὐτὸν (sc. Saturnum) ἡ ἱστορία πα[ρα]διδω-
σιν, [ώς ἔμπροσθεν ἀφγυγγάρην, κατά] τε τὴν Λιβύην [καὶ] Σικελίαν,
[οἰκισσαι τε τόπους καὶ πόλιν κτίσαι, ὡς ὁ Χάραξ φησι, τὴν τόπο-
μὲν λεγομένην Κρονίαν, νῦν δὲ Τερένιαν πόλιν, ὡς Ἰσίγον[ος περὶ Ἑλλην]-
ικῶν θεῶν καὶ Πολέμου καὶ Αἴσχυλος ἐν τῇ Αἴτνῃ π[αραδιδόσασιν, ἡ ὡς
πᾶσα ἡ ἱστορία κατὰ τὸν Εὐθύμερον ποικιλλήσται, σορφῶς τὴν τῶν λεγο-
μένων θεῶν ὑπογράψουσα θε[ωρία] ἀποκρύπτει . . .
. ον . . . δα . . . εσεν [ώστε καὶ καθάδεις] ὁ Η
[ἐν τῷ περὶ Διονύσου φησι τόπος δικαιούς τῶν βασιλέων καὶ τερέων
ταῖς θεαῖς τηρ[αῖς] . . . ὅπ' αὐτῶν τῶν] θεῶν καὶ προσηγορίαις τηρη-
θῆναι. καὶ ταῦτη [μὲν εἰρησθαι μνησιώς, τὴν δὲ ἱστορίαν πεπλασμέ-
νος] παραδεδόσθαι.

Joannes Laurentius Lydus, De mensibus, fragmentum Caseolinum ex ed. Imm. Bekkeri cum supplementis eiusdem.]

XI.*

Nunc, quoniam ab iis, que rettulimus, aliquantulum Saera Historia dissentit, aperiamus ea, que veris litteris continentur, ne poetarum ineptias in accusandis religionibus sequi ac probare videamur. Hæc Ennii verba sunt:

Exin Saturnus uxorem duxit Opem. Titan, qui maior natu-
erat, postulat, ut ipse regnaret. Ibi Vesta mater eorum et sorores
Ceres atque Ops suadent Saturno, uti de regno non concedat fratri.
Ibi Titan, qui facie¹⁾ deterior esset, quam Saturnus, idecirco, et
quod videbat, matrem atque sorores suas operam dare, uti Satur-
nus regnaret, concessit ei, ut is regnaret. Itaque pactus est cum
Saturno, uti, si quid liberum virile secus²⁾ ei natum esset, ne quid
educaret. Id eius rei causa fecit, uti ad suos gnatos regnum redi-
ret. Tum Saturno filius qui primus natus est, eum necaverunt.
Deinde posterius nati sunt gemini, Juppiter atque Juno. Tum Juno-

¹⁾ facile: 2. Reg. 1 Brun. Goth. Lips. 204; Bass. F. G.

²⁾ virile secus: scripsi; virile sexus: Goth.; virilis sexus: ceteri.

nem Saturno in conspectum dedere, atque Jovem clam abscondunt
dantque eum Vesta educandum celantes Saturnum.

Lactantius, Div. Inst. I. I. 14. ed. Fritzsche.]

XII.*

Nec sane rustico dignum est seiscitari, fueritne mulier pulcherrima specie Melissa, quam Juppiter in apem convertit, an, ut Euhemerus¹⁾ poeta dicit, crabronibus et sole genitas apes, quas nymphæ Phryxonides educaverunt; mox Dictaeo specu Jovis exstisisse nutrices easque²⁾ pabula munere dei sortitas, quibus ipsae parvum educaverant alumnum. Ista enim, quamvis non dedeceant poetam, summatim tamen et uno tantummodo versiculo leviter attigit Vergilius, cum sic ait: Dicteo celi regem pavere sub antro. Sed ne illud quidem pertinet ad agricolas, quando et in qua regi-
one primum natae sint: utrum in Thessalia sub Aristæo, an in insula Cea, ut sribit Euhemerus,³⁾ an Erechthei temporibus in monte Hymetto, ut Euthronius, an Crete Saturni temporibus, ut Menander.

Columella, l. IX. c. 2. ed. Schneider.]

XIII.*

Item Neptunum clam Saturno Ops parit eumque clanculum
abscondit. Ad eundem modum tertio partu Ops parit geminos,
Plutonem et Glaucom. Pluton latine est Dispiter,⁴⁾ alii Oreum
vocant. Ibi Glaucom filiam Saturno ostendunt ac⁵⁾ filium Pluto-
nem celant atque abscondunt. Deinde Glauca parva emoritur.
Hæc, ut scripta sunt, Jovis fratrumque eius stirps atque cognatio.
In hunc modum nobis ex sacra scriptione traditum est.

Lactantius, Div. Inst. I. I. c. 14.]

¹⁾ Euhemerus: sic et hic et infra Politianus Misc. c. 35. e duobus Mediceis; Heuhemerus: cod. bibliothecæ senatoriæ civitatis Lipsiensis (Rep. I. fol. 13.); Homerus: plurimi.

²⁾ vide an fuerit: eaque pabula.

³⁾ Euhemerus: Politianus, cod. Lipsiensis; Homerus: vulgo.

⁴⁾ Sic Guelph. pap. 1. Clarom. Bern. A.; Dispater: Cauc. Reg. Put.; Diispiter: reliqui, quod est Jovis cognomen.

⁵⁾ at: scribit Vahlen in Ennii reliquiis.

XIV.*

Natos sibi filios non utique devorabat (sc. Saturnus), ut ferunt fabule, sed necabat, quamquam scriptum sit in historia sacra, Saturnum et Opem ceterosque tunc homines humanam carnem solitos esitare; verum primum Jovem, leges hominibus moresque condentem, edicto prohibuisse, ne liceret eo cibo vesci.

[Lactantius, Div. Inst. I. I. c. 13.]

XV.*

Item paulo post haec infert¹⁾ (sc. Ennius):

Deinde Titan, postquam reseivit Saturno filios procreatos atque eduen'os esse clam, seducit secum filios suos, qui Titani vocantur, fratremque suum Saturnum atque Opem comprehendit eosque muro circumegit²⁾ et custodiam iis³⁾ apponit.

[Lactantius, Div. Instit. I. I. c. 14.]

XVI.*

Cum sos⁴⁾ obsidio magnus Titanus⁵⁾ premebat.

[Ennius apud Nonium l. VII. p. 216.]

XVII.*

Cæsar quoque in Arato refert, Aglaosthenem dicere, Jovem, cum ex insula Naxo adversus Titanas proficiseretur et sacrificium faceret in litore, aquilam ei in auspiciu advolasse, quam victor bono omni acceptam tutelæ sua subiugarit.

Sacra vero historia etiam ante consedisse illi aquilam in capite atque ei regnum portendisse testatur.

[Lactantius, Div. Inst. I. I. c. 11.]

XVIII.*

Reliqua historia sic contexitur:

Jovem adultum, cum audisset, patrem atque matrem custodiis circumseptos atque in vincula coniectos, venisse cum magna

¹⁾ vulgo: *refert*.

²⁾ *muros circumegit*: duo Reg.

³⁾ *his*: codd. multi.

⁴⁾ *suo*: codd.; *saceo*: Junius; *sis*: Krahner; *sos*: correxii.

⁵⁾ *Titanum*: codd.; *Titana*: Junius; *Titanu'*: Merula.

Cretensium multitudine, Titanumque ac filios eius pugnando viciisse, parentes vinculis exemisse, patri regnum reddidisse atque ita in Cretam remeasse. Post hæc deinde Saturno datam sortem, ut caveret, ne filius eum regno expelleret; illum elevandæ¹⁾ sortis atque effugiendi periculi gratia insidiatum Jovi, ut eum necaret: Jovem cognitis insidiis regnum sibi denuo vindicasse ac fugasse Saturnum, qui cum iactatus esset per omnes terras, persequentiibus armatis, quos ad eum comprehendendum vel necandum Jupiter miserat, vix in Italia locum, in quo lateret, invenit.

[Lactantius, Div. Instit. I. 14.]

XIX.*

Primo enim Olympi montis et fori vestri comparatio facta est. Quæ nescio quo pertinuerit, nisi ut me commonefaceret, in illo monte Jovem eastræ posuisse, cum adversus patrem bella gereret, ut ea docet historia, quam vestri etiam sacram vocant.

[Augustinus, Epist. 44. Migne: Patr. Tom. 33. p. 83.]

XX.*

Nam quod Vergilius ait:

Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo,
Arma Jovis fugiens et regnis exul ademptis.

et quæ ad hanc rem pertinentia consequuntur, totam de hoc Euhemerus²⁾ pandit historiam, quam Ennius in Latinum vertit eloquium.

[Augustinus, De civ. dei l. VII. c. 27. ed. Dombart.]

De Jove.

XXI.

Τὸν δὲ Δία διαδεξάμενον τὴν βασιλείαν τοῦ Κρόνου γῆμαι
Πρων καὶ Δημητρα καὶ Θέμιη, ἐξ ᾧ πατέας ποιήσασθαι: Κούρητας
μὲν ἀπὸ τῆς πρώτης, Περιεφόνηη δὲ ἐκ τῆς δευτίρας, Αἴθηνη δὲ
ἀπὸ τῆς τρίτης.

¹⁾ *alienandas sortis*: mss. collegii corporis Christi.

²⁾ *Homerus*: aliquot mss.

[Excerptum e Diodori Siculi libro VI. apud Eusebium Præpar. Evang. II. 2.; 9. p. 59. ed. Dindorf.]

XXII.

Euhemerus ait Aega¹⁾ quandam fuisse Panos uxorem: eam ab Jove compressam peperisse, quem viri sui Panos diceret filium. Ita puerum²⁾ Aegipana, ³⁾ Jovem vero Aegiochum appellatum⁴⁾: qui, quod eum diligebat plurimum, inter astra caprie figuram⁵⁾ memoriae causa conlocavit.

Hyginus, Poët. astron. l. II. c. 13. ed. Bunte.]

XXIII.*

Antiquus auctor Euhemerus, qui fuit ex civitate *Messena*,⁶⁾ res gestas Jovis et ceterorum, qui dii putantur, collegit, historiamque contexuit ex titulis et inscriptionibus sacris, que in antiquissimis templis habebantur, maximeque in fano Jovis Triphyliae, ubi auream columnam positam esse ab ipso Jove titulus indicabat, in qua columna gesta sua perscripsit, ut monumentum esset posteris rerum suarum. Hanc historiam et interpretatus est Ennius et sequetus, cuius haec verba sunt:

Ubi⁷⁾ Juppiter Neptuno imperium dat maris, ut insulis omnibus et quæ secus⁸⁾ mare loca essent, omnibus regnaret.

Lactantius, Div. Inst. I. I. c. 11.]

XXIV.

10. Ελθόντα δὲ εἰς Βαθύλωνα ἐπίσενωθῆναι: (sc. Jovem) Βήλῳ καὶ μετὰ ταῦτα εἰς τὴν Παγγαῖαν νῆσον πρὸς τῷ Θεανθρακινῷ παραγενόμενον Οὐρανοῦ τοῦ ἴδιου προπάτορος βωμὸν ἰδρύσασθαι.

¹⁾ *Aega*: Guelf. II.; *aea*: Dresd.; *egam*: Guelf. I.; *Aegam*: vulgo.

²⁾ *puerum*: omisit Guelf. II., deletum in Dresd.

³⁾ *aegipan*: Guelf. II.; *egypian*: Dresd.

⁴⁾ *Appellatum*: Dresd. Guelf. II.; *apellation*: Guelf. I.; vulgo *dictum*.

⁵⁾ *figuram*: Guelf. I. II. Dresd.; *figura*: vulgo.

⁶⁾ *Messena*: Lips. 203, Reg. 1 ant., 2 Colb., 1 Claromont.; *Messene*: Regio-Pnt., 2 Reg., 1 Colb., Goth. Brun.; *Messana*: Lips. 202, 3 Colb., 1 Sorbon., edd. vett.; *Massana*: Lips. 204, 1 Sorbon., edd. vett.

⁷⁾ *ibi*: aliquot codd.

⁸⁾ *secus*: 2 Reg. 3. Colbert. Caue. Christ. Em.; *secundum*: cett.

[Excerptum e Diodori Siculi libro VI. apud Eusebium Præpar. Evang. II. 2; 10. p. 59. ed. Dindorf.]

XXV.*

In sacra historia sic Ennius tradit:

Deinde *Panchaeum*¹⁾ deducit in montem, qui vocatur Cæli sella.²⁾ Postquam eo ascendit, contemplatus est late terras, ibique in eo monte aram creat Cælo, primusque in ea ara Juppiter sacrificavit: in eo loco suspexit in cælum, quod nunc nos nominamus, idque quod supra mundum erat, quod aether vocabatur,³⁾ de sui avi nomine cælo nomen indidit; idque Juppiter, quod aether vocabatur, placans,⁴⁾ primus cælum nominavit;⁵⁾ eamque⁶⁾ hostiam, quam ibi sacravit, totam adolevit.

Lactantius, Div. Inst. I. c. 11.]

XXVI.

Κάκισθεν διὰ Συρίας ἀκίνειν πρὸς τὸν τόπον δινάστην Κάσιον,⁷⁾ οὗ οὗ τὸ Κάσιον ὄρος. Ἐλθόντα δὲ εἰς Κιλικίαν πολέμῳ νικήσαι Κιλικιας τοπάρχην, καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα ἔθνη ἐπελθόντα παρ' ἄπασι πρητῆραι καὶ θεὸν ἀναγρεούσθησαν.

[Excerptum e Diodori Siculi libro VI. apud Eusebium Præpar. Evang. II. 2; 10. p. 59. ed. Dindorf.]

XXVII.*

Historia vero sacra testatur ipsum Jovem, postquam rerum potitus sit, in tantam insolentiam venisse, ut ipse sibi fana multis in locis constitueret. Nam cum terras circuiret, ut in quamque regionem venerat, reges principesve populorum hospitio sibi et amicitia copulabat: et cum a quoque digredieretur, iubebat sibi

¹⁾ *Paneum*: Lips. 202, 204; *Panacum*: alii; *Pan eum*: nonnulli; *pacenium*: Reg. antiquissimus; *Panchaeum*: scripsi; *Panchaeum eum*: coniecit Krahner; *Panchaian*: coniecit Gass.

²⁾ *stella*: codd.; *stela*: con. Cicconeius; *sellæ*: em. Krahner.

³⁾ *vocatur*. *Cui*: Luc. Mueller.

⁴⁾ *precans*: codd. aliquot.

⁵⁾ *locum uneis seclusit* Luc. Mueller.

⁶⁾ *terraeque*: codd. nonnulli.

⁷⁾ *Kāsion*: vulgo.

fanum creari hospitis sui nomine; quasi ita¹⁾ posset amicitiae et federis memoria conservari. Sic constituta sunt templa Jovi Ataburio,²⁾ Jovi Labrandeo.³⁾ Ataburius enim et Labrandeus hospites eius atque adiutores in bello fuerunt. Item Jovi Laprio,⁴⁾ Jovi Molioni, Jovi Casio⁵⁾ et quae sunt in eundem modum. Quod ille natussum excoxitavit, ut et sibi honorem divinum et hospitibus suis perpetuum nomen acquireret cum religione coniunctum. Gaudabant ergo illi et huic⁶⁾ imperio eius libenter obsequabantur et nominis sui gratia ritus annuos et festa celebabant. [Simile quiddam in Sicilia fecit Aeneas, cum conditae urbi Aceste hospitis nomen imposuit, ut eam postmodum laetus ac libens Acestes diligenter, augeret, ornaret.⁷⁾ Hoc modo religionem cultus sui per orbem terre Juppiter seminavit et exemplum ceteris ad imitandum dedit.

[Lactantius, Div. Inst. I. I. c. 22.]

XXVIII.*

In Olympo autem Jovem habitasse docet eadem historia, quae dicit:

Ea tempestate Juppiter in monte Olympo maximam partem vitæ colebat, et eo ad eum in ius veniebant, si quæ res in controversia erant. Item, si quis quid novi invenerat, quod ad vitam humanam utile esset, eo veniebat atque Jovi ostendebat.⁸⁾

[Lactantius, Div. Inst. I. I. c. 11.]

XXIX.*

Ennius in Sacra Historia, descriptis omnibus, quæ in vita sua gessit, ad ultimum sic ait:

¹⁾ quasi ut: Bass. F. G. Kell. Bern. A.

²⁾ sic mss. 6 Reg. 1 Bonon. ant. 2 Colb.; *Atabyrio*: vulgo; *Atacirio*: nonnulli.

³⁾ *Labradio*: unus Reg.; *Labiandro* vel *Labriando* vel *Labriandro* alii libri.

⁴⁾ *Labrio*: Bon. ant. Bern. A. et 7 alii coll.

⁵⁾ *Cassio*: libri rec. et multis edd.

⁶⁾ *Hinc*: coll. nonnulli.

⁷⁾ locum uncis secludendum esse censet Luc. Mueller.

⁸⁾ *veniebant* — *ostendebant*: Bass. F. G. Kell. Bern. A.

Deinde Juppiter, postquam quinques terras circuivit omnibusque amicis atque cognatis suis imperia divisit reliquitque hominibus leges, mores, frumentaque paravit, multaque alia bona fecit, immortali gloria memoriaque affectus sempiterna monumenta sui reliquit: ætate pessum acta,¹⁾ in Creta vitam commutavit²⁾ et ad deos abiit: eumque Curetes filii sui curaverunt decoraveruntque eum et sepulcrum eius est in Creta in oppido Gnosso: et dicitur Vesta hanc urbem creavisse: in quo sepulcro eius est inscriptum antiquis litteris Graecis: ZAN³⁾ KPONOT, id est Latine: Juppiter Saturni.

Lactantius, Div. Inst. I. I. c. 11.]

De Minerva.

XXX.

Euhemerus⁴⁾ quidem⁵⁾ Gorgonam⁶⁾ a Minerva dicit interceptam.

Hyginus, Poet. Astron. I. II. c. 12. ed. Bunte.

XXXI.

Sus Minervam: in proverbio est, ubi quis id docet alterum, cuius ipse inscius est. Quam rem in medio, quod aiunt, positam Varro et Euhemerus ineptis mythis involvere maluerunt, quam simpliciter referre.

Festus s. v. ed. Ottfried Mueller.

De Venere.

XXXII.*

Quæ (sc. Venus) prima, ut in historia sacra continetur, artem meretriciam instituit auctorque mulieribus in Cypro fuit, ut vulgato⁷⁾ corpore quæstum facerent: quod idcirco impera-

¹⁾ sic plerique coll.; al. *pessumata*; al. ut Bas. F. *personnata*.

²⁾ *consummavit*: mss. 2 Colb., Cantabrig. et 1 Clarom.

³⁾ Ζίγρα vel Ζίγρα aliqui libri, Ζίζι: plerique coll.

⁴⁾ *Euhemerus*: Dresd.; *Euemerus*: Guelf. II.

⁵⁾ *quidam*: Dresd.

⁶⁾ sic Dresd. Guelf. I. II., vulgo *Gorgonem*.

⁷⁾ sic 2 Brun. Bas. G.; reliqui vulgo.

vit, ne sola prius alias mulieres impudica et virorum appetens videretur.

[Lactantius, Div. Inst. I. c. 17.]

XXXIII.

Οὐ γάρ με ὁ Κύπριος ὁ νησιώτης¹⁾ Κινύρας²⁾ παραπέσας³⁾ ποτὲ ἀν τὰ περὶ τὴν Ἀφροδίτην, μαχλῶντα ὅργα εἰς νυκτὸς ἡμέρᾳ παραδοῦνας τολμήσας, φιλοτιμούμενος θειάς πόρνην πολιτεῖα.

[Clemens Alexandrinus, Protrep. c. II. 13. p. 12. ed. Dindorf.]

XXXIV.

Numquid rege a Cyprio, cuius nomen Cinyras est, *dilectam*⁴⁾ meretriculam Venerem divisorum in numero consecratam.

[Arnobius, Adv. Nat. I. IV. c. 24. ed. Reifferscheid.]

XXXV.

Ἡ μὲν οὖν ἀφροτενής τε καὶ Κυπροτενής, ἡ Κουρά φίλη, τὴν Ἀφροδίτην λέγω, τὴν ἀφιλομηδέα, ὅτι μηδένων ἐξερχανθῆ⁵⁾ μηδένων ἔκεινων τῶν ἀποκεκομμένων Οὐρανοῦ, τῶν λάρνων, τῶν μετά τὴν τορῆν τὸ κύμα βεβιασμένων, ὡς ἀτελγῶν διὸν μορίων ἄξιος Ἀφροδίτη γίνεται καρπός, ἐν τοῖς τελεταῖς ταύτης τῆς πελαγίας ἡδονῆς τεκμήριον τῆς γονῆς ἀλλον⁶⁾ χόνδρος καὶ φαλλὸς τοῖς μασμένοις τὴν τέχνην τὴν μοιχικήν ἐπιδίδοται· νόμισμα δὲ εἰσφέρουσιν αὕτη οἱ μασμένοι, ὃς ἔταιρη⁷⁾ ἔρασται.

[Clemens Alexandrinus, Protrep. c. II. 14. p. 13. ed. Dindorf.]

XXXVI.

Nec non et Cypriæ Veneris abstrusa illa initia præteribimus,⁷⁾ quorum conditor indicatur Cinyras⁸⁾ rex fuisse, in quibus sumentes

¹⁾ Glossema esse monuit Cobet.

²⁾ κινύρας: Eusebius in excerptis.

³⁾ παραπέσας: Paris. Mutinensis.

⁴⁾ *Dilectam*: correxi; *ditatam*: Gel; *dictatum*: Par. 1661., quod ut corruptum asterisco notavit Reifferscheid.

⁵⁾ ἄλλες: Eusebii codd. tres.

⁶⁾ ἕταιρας: unus; ἕταιρα: Eusebii libri plorique.

⁷⁾ *præteribimus*: scripsit Reifferscheid; *præterimus*: Par. 1661.; *prætercamus*: Gel.

⁸⁾ *Cinyras*: Ursinus; *cyniras*: Par. 1661.

ea certas stipes inferunt ut meretrici et referunt phallos¹⁾ propitiū numinis signa donatos.

[Arnobius, Adv. Nat. I. V. c. 19. ed. Reifferscheid.]

XXXVII.

Audio Cinyram Cyprium templum amicæ meretrici donasse — ei erat Venus nomen — initiasse etiam Cypriæ Veneri plurimos et vanis consecrationibus deputasse, statuisse etiam ut quicunque initiari vellet secreto Veneris sibi tradito, assem unum²⁾ mercedis nomine deæ daret. Quod secretum quale sit, omnes taciti intelligere debemus, quia hoc ipsum propter turpitudinem manifestius explicare non possumus. Bene amat Cinyras meretriciis legibus serviit:³⁾ consecratio Veneri a sacerdotibus suis stipem dari iussit ut scorto.

[Firmicus Maternus, De err. prof. rel. c. 10. ed. Halm.]

XXXVIII.

Τὴν δὲ γε Ἀφροδίτην, οὐδὲ εὐεργεσίας τινὸς ἄρεσσαι, ἀλλὰ καὶ ἀκολασίας γεγενημένην διδάσκαλον· γαματόπην γάρ αὐτὴν καὶ ἑταῖραν γεγενῆσθαι φασι καὶ ἐρωμένην Κινύραν θεάν ἀνομάλασιν.

[Theodoreetus, Græc. affect. cur.; disp. III. p. 767. ed. Schulze.]

XXXIX.

Quinta stella est Mercurii nomine Stilbon: sed haec est brevis et clara. Haec autem Mercurio data existimatur, quod primus menses instituerit et pviderit siderum cursus.

Euhemerus autem Venerem primam ait⁴⁾ sidera⁵⁾ constituisse et Mercurio demonstrasse.

[Hyginus, Poet. Astron. I. II. c. 42. ed. Bunte.]

¹⁾ *phallos*: Par. 1661. in mg.

²⁾ *asse unum*: Wowerus; *asse munu*: cod. Palat.; *asse, manu*: ed. princeps.

³⁾ *serrit*: cod. Palat. ed. princeps; emendavit Bursian.

⁴⁾ sic Dresden. Guelf. I.; *primam ait Venerem*: vulgo.

⁵⁾ *astra*: vulgo.

De Cadmo.

[E libro tertio.]

XL.

Εὐγένειος, ἔφη, ὁ Κρός εἰν τῷ τρίτῳ τῆς ἵερας ἀναγράψῃς τοῦτον
ιατορεῖ, ὃς Σιδωνίους *) λεγόντων τοῦτο, ὅτι Κάδμος μάχειρας ἢν τοῦ
βασιλέως καὶ παραλαβὼν τὴν Ἀρμονίαν, αἰλυγρίδα καὶ αὐτήν οὔσαν τοῦ
βασιλέως, ἔφυγε σὺν αὐτῇ.

[Athenaeus, l. XIV. p. 658. ed. Meineke.]

De Broto.

XLI.

Βροτός· ὃς μὲν Εὐγένειος ἡ Μεσσήνιος ἀπὸ Βροτοῦ τυπὸς αὐτό-

χθονος.
[Etym. Magn. p. 215., 36. s. v. ed. Gaisford.]

De Atlante.

XLII.

Ἀτλας τὸν οὐρανὸν ὑπεδέξω.

Vide Diogeniani Proverb. popul. cent. II. 67:

Ἄτλας τὸν οὐρανὸν ἐπὶ τῶν μεγάλοις τοῖς πράγμασιν ἐπιβαλλο-
μένον καὶ κακῷ τοι περιπιπτόντων.

Adduntur his in codice Bodleiano:

Εὐγένειος ἐν ἴερῳ λόγῳ προσέθυκε τὸ ὑπεδέξω. Λέγεται δὲ ἐπὶ¹⁾
τῶν τοῦ κακοῦ περιπεσόντων, ἐπιβαλλομένων μεγάλῳ πράγματι.

[Cf.: Paroemiographi Graeci, edd. Leutsch et Schneidewin
tom. I. p. 207.]

De Judæis.

XLIII.

Ἄρχοντος δὲ ὅμως εἰς τὴν ἀπόδεξιν τῆς ἀρχαιότητος (sc. Judeorum)
οἵ τε Αἴγυπτιον καὶ Χαλδαῖον καὶ Φωνίκων ἀναγράφει, πρὸς
εκεῖνας τε τοσοῦτοι τῶν Ἑλλήνων συγγράφει. Ἐπι δὲ καὶ πρὸς τοὺς
εἰρημένους Θεόφιλος καὶ Θεόδοσος καὶ Μυασίας καὶ Ἀριστοφάνης καὶ
Ἐρμογένης, Εὐγένειος τε καὶ Κόνων καὶ Ζωπορίων καὶ πολλοὶ τινες
ἄλλοι τάχα.

*) Σιδωνίου: unius cod.

[Josephus, contra Apionem l. I. c. 23. ed. Bekker. Verba
eius exscripsit Eusebius in Prepar. Evang. IX. 42.]

De pyramidibus.

XLIV.

Qui de iis (sc. de pyramidibus) scripserunt, sunt Herodotus,
Euhemerus, Duris Samius, Aristagoras, Dionysius, Artemidorus,
Alexander polyhistor, Butoridas, Antisthenes, Demetrius, Demote-
les, Apion.

[Plinius, Nat. Hist. XXXVI. 12. ed. Detlefsen.]

De auri metallis et flatura.

XLV.

Auri metalla et flaturam Cadmus Phoenix ad Pangaeum
montem, ut alii, Thoas aut Aeacus in Panchaia (sc. invenerunt).

[Plinius, Nat. Hist. VII. 56 (57). ed. Detlefsen.]

De Cerere et Proserpina.

XLVI.*

Sequitur hanc sacri contagionem et imitatur ordinem funeris
a Cerere Hennensi muliere mors filiae consecrata. Nam quicquid in
Creta pater circa ¹⁾ filium fecerat, hoc totum Ceres apud Hennam
amissa filia impatientia materni doloris instituit: quod quatenus
factum sit, brevi sermone perstringam.

Unicam Cereris filiam, quam Graeci Persefonam, nostri im-
mutato sermone Proserpinam dicunt, ad coniugale consortium
plures petebant. Mater sollicita ²⁾ de singulorum meritis iudicabat
et cum adhuc omnibus matris sententia videretur incerta, dives
rusticus, cui propter divitias Pluton fuit nomen, temerario cupiditi-
tatis ardore, cum moras dilationis ferre non posset et cum præ-
posteri amoris coqueretur incendiis, ³⁾ prope Pergum ⁴⁾ inventam

¹⁾ circa: cod. Palat.; ob: ed. princeps Argentorati 1562; quo: cod. Palat.

²⁾ sollicita: ed princeps.³⁾ cum de praepostero amore conquereretur: ed. pr.⁴⁾ Pergus: Ovid. Met. V. 386.

virginem rapit. Percus est autem lacus in Hennæ civitatis finibus satis amoenus et gratus, cuius amoenitas ex florum varietatibus nascitur: nam per omnem annum vicissim sibi succendentibus floribus coronatur. 2. Illic invenies quicquid hyacinthi turgent in caulem, illuc comam narcissi vel quod auream¹⁾ rosam desuper pingit, illuc albae hederæ per terram molliter serpent et cum purpureis violis suaviter rubens amaracus invenitur, nec coronam istam alba deserunt lilia: prorsus aptus locus qui gratia sua pueriles animos et invitaret pariter et teneret. In hoc loco cum a Plutone virgo prope vesperam fuisse inventa, vi rapitur et superimposita vehiculo scisis vestibus laceratis crinibus ducitur: nec resecati²⁾ unguis contra amatorem rusticum aliquid profuerant nec clamor atque ululatus adiuvit nec ceterarum strepitus puellarum. 3. Tunc una celeri cursu, cum de civitate nemo succurreret, facta ex ipso³⁾ timore velocior matri raptum virginis nunciat. Contra raptorem indignata mater armatam manum dicit: nec Plutonem mulieris fecellit adventus, sed ut retrorsit⁴⁾ ad civitatem oculos et infinitos cuneos respxit venire cum matre, funestum cepit ex desperatione consilium: quadrigam qua vehiculum trahebatur⁵⁾ per medium lacum dirigit: is erat profundis voraginibus immersus.⁶⁾ Illic cum amata submersus virginem miserandæ matri de morte filiæ funestum spectaculum præbuit. 4. Hennenses ut possent maternis luctibus ex aliqua parte invenire solacium, inferorum regem virginem rapuisse finxerunt, et ut fides figmenta sequeretur, prope Syracusas eum per alium locum cum virginem emersisse⁷⁾ iactarunt. Templum sane et raptori et virginis accurate conlati sumptibus faciunt et annua in templo vota decernunt: sed nullo genere matris dolor vincitur nec muliebris impatientiae tormenta curantur, sed credens vere filiam⁸⁾ prope

¹⁾ aureum: cod. Palat.

²⁾ resecati: M. Haupt. in Herme II. 8.; reservati: cod. Palat. ed. princ.

³⁾ ipso: cod. Palat. corr. ex ipse.

⁴⁾ retrorsit: cod. Pal.

⁵⁾ qua . . . trahebatur: Halm; quae . . . trahebat: ed. princ.; qua . . . trahebat: cod. Palat.

⁶⁾ immensus: J. F. Gronovius.

⁷⁾ emersisse: cod. Palat.

⁸⁾ filia . . . visa: cod. Palat.

Syracusas esse visam, Triptolemo duce vilico¹⁾ suo nocturnis itineribus ad Syracusanæ civitatis litus cum lugubri veste ac sordido squalore pervenit. Nec illic²⁾ defuit qui credulam de calamitatibus suis falleret matrem: ait³⁾ se Pandarus nescio qui vidisse non longe a Pachyno navem raptorem ascendisse cum virginem. Persuasum est mulieri, quæ, quoniam⁴⁾ quolibet genere vivere filiam cupiebat audire, infinitis donis⁵⁾ remunerat civitatem. 5. Syracusani liberalitate mulieris provocati raptum virginis consecrant et mitigantes dolorem matris pompam miseri funeris excolunt honore templorum. Sed nec hoc sufficit matri, sed ascensa nave per peregrina littora filiam querit. Sic fluetibus tempestatisbusque iactata ad Atticæ urbis locum pervenit: illic hospitio recepta incolis ineognitum adbuc triticum dividit. Locus ex patria et ex adventu mulieris nomen accepit, nam Eleusin dictus est, quod illuc Ceres relicta Henna venerat. 6. Sic quod ipsa dispensato quod adulterat frumento⁶⁾ colligendarum frugum tradiderat disciplinam, post mortem ob beneficium, quod ex frugum copia nascebatur, et sepulta in loco⁷⁾ est pariter et consecrata et divino cum filia appellata nomine.⁸⁾ [Firmicus Maternus, De err. prof. rel. c. 7. ed. Halm.]

Incertae sedis fragmentum.

XLVII. *

Arista et granum omnibus fere notum: *gluma* paucis. Itaque id apud Ennum solum scriptum scio esse in Euhemeri libris versis.⁹⁾

[Varro, De re rustica I. I. 48.]

¹⁾ villico: ed. princeps.

²⁾ illie: cod. Pal.; illi: ed. pr.

³⁾ ait: cod. Pal.; tunc ait: ed. pr.

⁴⁾ quoniam: Halm; quo: cod. Pal. ed. pr.; quia: Oehler.

⁵⁾ donis: Burian; dotis: cod. Pal.; dotibus: ed. pr.

⁶⁾ dispensatio . . . frumenti: J. Fr. Gronovius; dispensatio . . . frumenta: cod. Palat.; sieque tum ipsa dispensatio quod attulerat frumenta, tum quod colligendarum etc.: ed. pr.

⁷⁾ in eo loco: ed. pr.

⁸⁾ numinis: cod. Palat. ed. pr.; emendavit Wowerus.

⁹⁾ In Ephemeridis versibus: vulgo; in Euhemeri libris versis: Politianus in Miscell. c. 25. «ex veneranda vetustatis exemplari e publica gentis Medicea bibliotheca».

Narrationes Euhemero probabiliter tribuendae.

XLVIII.*

Sed adhuc supersunt aliae superstitiones, quarum secretapandenda sunt: Liberi et Libere, quo omnia sacris sensibus vestris specialiter intimanda sunt, ut et in istis profanis religionibus sciatis mortes esse hominum consecratas.

Liber itaque Jovis fuit filius, regis scilicet Cretici. Hic cum fuisse adultera matre progenitus, nutriebatur apud patrem studiosius quam decebat. Uxor Jovis, cui Junoni fuit nomen, noverealis animi furore commota ad necem infantis omnifariam parabat insidias. 2. Proficiscens peregre pater, quia indignationes tacitas sciebat uxoris, ne quid ab irata muliere dolo fieret, idoneis, sicut sibi videbatur, custodibus tutelam ereditit filii.¹⁾ Tunc Juno opportunum insidiarum nancta²⁾ tempus et ex hoc fortius inflammatu, quia proficiscens pater et sellam³⁾ regni puero tradiderat et sceptrum, custodes primum regalibus præmiis muneribusque corrupti, deinde satellites suos, qui Titanes vocabantur, in interioribus regie locat partibus et crepundiis ac speculo ad fabre facto animos ita pueriles inlexit, ut desertis regiis sedibus ad insidiarum locum puerilis animi desiderio duceretur. 3. Illic interceptus trucidatur et, ut nullum possit necis inveniri vestigium, articulatim⁴⁾ membra concisa⁵⁾ satellitum sibi dividit turba. Tunc, ut huic facinori aliud facinus adderetur, quia vehementer tyranni crudelitas timebatur, decocta variis generibus pueri membra consumunt, ut humani cadaveris inauditis usque in illum diem epulis vescerentur. Cor divisum sibi soror servat, cui Minerva fuit nomen, que et ipsa sceleris fuit particeps, et ut manifestum delationis esset indicium⁶⁾ et ut haberet unde furentis patris mitigaret impetum. Reverso Jovi filia ordinem facinoris exponit. 4. Tunc pater funesta

calamitate cladis et acerbi¹⁾ luctus atrocitye commotus Titanas quidem vario genere excruciatos necat nec pretermisso est in ultione filii aut tormentum aliquod aut poena, sed per omnia poenarum genera bacchatus necem²⁾ qualiscumque³⁾ filii vindicavit, affectu quidem patris, sed tyrannica potestate. Tunc, quia diutius pater ferre lugentis animi tormenta non poterat et quia dolor ex orbitate veniens nullis solaciis mitigabatur, imaginem eius ex gypso plastico opere perfecit et cor pueri,⁴⁾ ex quo facinus fuerat sorore deferente detectum, in ea parte plastæ⁵⁾ conlocat, qua pectoris fuerant liniamenta⁶⁾ formata. Post haec pro tumulo extruit templum et paedagogum pueri constituit sacerdotem: huic Silenus⁷⁾ fuit nomen. 5. Cretenses, ut furentis tyranni saevitiam mitigarent, festos funeris dies statuunt et annum sacrum trieterica consecratione componunt, omnia per ordinem facientes, que puer moriens aut fecit aut passus est. Vivum laniant dentibus taurum, crudeles epulas annuis commemorationibus excitantes et per secreta silvarum clamoribus dissonis eiulantes fingunt animi furentis insaniam, ut illud facinus non per fraudem factum sed per insaniam crederetur; priefertur cista, in qua cor soror latenter absconderat, tibiarum cantu et cymbalorum tinnitu crepundia, quibus puer deceptus fuerat, mentiuntur. Sic in honorem tyranni a serviente plebe deus factus est, qui habere non potuit sepulturam.

[Firmicus Maternus, De err. prof. rel. e. 6. ed. Halm.]

XLIX.*

6. Fuit etiam alias Liber apud Thebas tyrannus magica artis potestate perspicuus. Hic cum mulieres animos venenis quibusdam et carminibus occupasset, pro arbitrio suo crudelia facinora furentibus imperabat, ut mente captas nobiles feminas et libidinum ministros haberet et scelerum. Qui qualia fecerit scelera

¹⁾ acerbi: cod. Pal.; acerba: ed. pr.

²⁾ necem: cod. Pal.

³⁾ qualiscumque: ed. pr.

⁴⁾ cor pueri: Bursian; corpore: cod. Pal.; cor: ed. pr.

⁵⁾ plastæ: Bursian, idem plasti coniiciens.

⁶⁾ liniamenta: vdd.

⁷⁾ Silenus: cod. Pal. pr. manu.

¹⁾ filio: cod. Palat.

²⁾ nancta: cod. Pal.; tracta: ed. pr.

³⁾ sellam: cod. Pal.; solium: ed. pr.

⁴⁾ particulatum: cod. Pal. ed. pr.; emendavit Wakefield Silv. crit. IV. p. 249.

⁵⁾ concissa: ed. pr.

⁶⁾ indicium: ed. pr.

vel quantum matrī contra filium vel sororibus contra fratrem imperaverit facinus, in scēnis cottidie a tragicī carminis auctoribus traditur, ut scelerati tyranni facinerosa¹⁾ crudelitas in animis audentium funestis semper relationibus renascatur. 7. Hunc Lycurgus sobria virorum coniuratione protectus regno exuit, pellit patria: neque enim effeminatus²⁾ consensum virorum potuit diutius sustinere. Effeminatum enim eum³⁾ fuisse et amatorum servisse libidinibus Græcorum gymnasiis decantatur. Nec fuga eius Lycurgus tantum est exilioque contentus, sed timens, ne fugiens et ab aliis receptus ludibriosa scelerum suorum etiam in alia regione conderet⁴⁾ semina, succinctus ferro patrie dedecus minaci persequitur edicto. Tunc Liber projectis infulis, quas pampineis coronarum⁵⁾ circulis infligabat, cum semiviro comitatu fugiens — soli enim eum secuti sunt stuprorum⁶⁾ et flagitorum ac libidinum socii — per omnes oras vicini maris cum summa trepidatione desperationis⁷⁾ erravit. 8. Illic inter ebrias pueras et vinolentos⁸⁾ senes, cum adhuc eum scelerum pompa præcederet,⁹⁾ alter nigro amictu tæter,¹⁰⁾ alter ostendo angue terribilis, alter cruentus ore, dum viva pecudis¹¹⁾ membra discepit, a Lycurgo comprehensus per proximam rupem quæ immensum præcipitum saxis inviis fecerat, in mare præcipitatur, ut¹²⁾ lacerum corpus marinis diu iactatum fluctibus errantium populorum animos ad sanitatis ac sobrietatis ordinem severa animadversione revocaret.

[Firmicus Maternus, De err. prof. rel. c. 6. ed. Halm.]

¹⁾ facinerosa: edd.

²⁾ effeminatus: cod. Palat.; effeminatus ille: ed. princeps.

³⁾ enim eum: Bursian; censum enim eum: cod. Pal.; enim: ed. pr.

⁴⁾ conderet: cod. Pal.

⁵⁾ coronarum: cod. Pal.

⁶⁾ stuprorum: cod. Pal.

⁷⁾ desperationis: cod. Pal.

⁸⁾ vincentes: cod. Pal.

⁹⁾ præcederet et: cod. Pal.; et delevit Bursian.

¹⁰⁾ tæter: cod. Pal. ed. pr.

¹¹⁾ pecudis: cod. Pal.; pectoris: ed. pr.

¹²⁾ ut: ed. princeps; at: cod. Pal.

ADNOTATIONES.

I. Ad testimonia.

T. I.

Χάλκιον ὁ πλάσας Ζέα: confer et Schol. ad Alleg. II. Tzetzis apud Matrangam in Anecd. Graec. p. 60[!]: οὗτον καὶ ἄλλα αἱ ἐξελεγίαι καλούνται ἀπὸ τῶν συναρτητικῶν: ἔστι, τοις ἡ Καλλίμαχος φέρει

Εἴ τοι πρὸ τούτους τερον ἀλλες δέστι.
οὗτον πλάσιον χάλκιον ὁ πλάσας Ζέα
τερον ἀλλαχθὲν κάκια βιβλίοις φύγει,

ubi in codicis margine legitur: γέρων ἔστιν ὁ ζεός; Εὐδήμος; neconon Schol. ad Clem. Alex. Protrept. c. II. 24. p. 102, ed. Klotz: Εὐδήμος; — οὐ μάνηται ἡ Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἱεράζοντι γράμμασι:

γέρων ἀλλαχθὲν κάκια βιβλίοις φύγει.

Χάλκεον: exhibent codices Pseudo-Plutarchi; *χάλκιον* scripsi rationibus adductus metricis. At Bentley hanc scripturam in *Ιαγγέλιον* mutavit, cuius auctoritatem nullo iudicio recentiores omnes secuti sunt. Sed primum, ut rebus levioris momenti eum refutare incipiam, mox ad graviora transiturus, illud *χάλκεον* non Pseudo-Plutarchi solum testimonio, sed etiam Scholiis ad Alleg. II. commendatur; deinde, quod ad externam scripturarum similitudinem attinet, *Ιαγγέλιον* illud et *χάλκεον* non ita facile confundi possunt; tum Callimachus certe, Euhemeron oblique perstringens, non de Iove Panchaeo, sed de Cretensi, ubi deum a puero educatum esse atque regnasse Historiae Sacre auctor narravit, loqui debebat; nam etiunde in Panchaeia quidem Panchaeum, sed Triphylium appellatum esse e fragmentis II. III. V. et XXIII. elucet. Neque enim me movet, quod Schmidt in editione Hesychii, Bentleyi memor, glossam *Ιαγγέλιον*: Ζεός ex veteri coniectura in *Ιαγγέλιον*: Ζεός mutavit, secutus magnam illorum cohortem, qui coniecturas coniecturis superstruere non dubitant; nam equidem multo tutorem emendandi viam ingrediens, pro *Ιαγγέλιον* scribendum esse censeo *Ιαγγελού*, quod sane dignum optimo maximo deo cognomen est. Significat enim omnia exhilarantem, idem fere, quod *Χάρπανον*, letitiae dator, quo cognomine Iovem cultum fuisse Pausanias testatur in I. VIII. 12, 1: Διος ἀριστερᾶν ιερὸν ἐπικλήσαντος Λάρημαν.

Sed cur tandem Bentley *χάλκεον* Ζέα e textu omnino tollendum esse

existimavit? Num Callimachum de templo Iovis Triphylli, non Panchaei, ab Euhemero descripto cogitasse scivit? Nam illud πόλις τελέσεις ίδην idem est, quod et Diodorus Euhemerum secutus in l. V. c. 44. descripsit agrumque consecratum circa templum sicutum usque ad fontem sacrum lapidea crepidine — hue enim pertinet πόλις τελέσεις — cinctum fuisse tradidit his verbis: Ήραγος δὲ τὴν πάγην ὅπῃ χρητί λέπιν πελοτελέα, δικτύουσα πάρ' ξετίρας πλεύρας τετταράς, ἥρη δὲ τὰς ἵσχας χρηπίδος ὁ τόπος οὐδὲ ἐπι βάσιμος πλὴν τῶν τεράνων (fr. III.) Idem Diodorus autem ibidem de templo hinc quoque dicit: Ήραὶ δὲ τὴν πλεύραν ξετίρας τοῦ ὄρθιου γελασταῖς κατέται, τὰς βάσις ἔχοντα τετραγώνους, quae Rhodomannus, presertim si bases illas quadratas spectas, non sine iure videtur ita vertisse: «Ad utrumque eius latus grandes et aere statuae erecte sunt». At, si magis probas, que Wesseling adnotavit: «Ego causa ahenea fuisse arbitror ex usu vocis, de quo non dubitabis, modo Διονυσίους γέλαστου . . . in memoriam redegeris», et hoc adversariis facile largior, contentus illis, quae Diodorus noster ibidem dicit: «Ἄγαλματά τε τῶν θεῶν ἀξιόλογάτα, τῇ τέλην διάφορα καὶ τὰς βάσεις ἔχοντα, οἱ quibus ab Euhemero statuas deorum in templo commemo ratas esse appetat. Iam, si tenes, quod et per se probabile videtur et a me, opinor, satis demonstratum est in Quest. Euhem. c. II. §. 6., Euhemerum scilicet a Diodoro non ad verbum esse exscriptum, quid impedit, quoniam non seneam Iovis statuam (γέλασιον Ζέα) pondere mirabilem (τοῖς βάρισταις μεγάλαις) ab auctore Historie Sacre descriptam a Callimacho hoc loco commemo ram ari arbitremur, presertim cum verbum πλέσσει ad γέλασιον Ζέα prorsus accommodatum sit?

Ψέζει: sic cod. Mosquensis 339. et Marciatus 521; 467: Paris. 1672.: 473: est conjectura Bentleyi, cuius memores Duebner in editione Plutarchi 473, Schneider ψέζει scripserunt. Sed quae est huius mutationis praestantia? Sicut enim βάλις ψέζει, ita et βάλις ψέζει significatione libros exarandi σητεῖ λεγόμενον est, nisi quod hoc Bentley fecit, illud autem apud Plutarchum, nec non apud Scholiastas ad Clem. Alex. et ad Alleg. II. ocurrerit. Concedamus igitur Callimacho, ut licet in iamborum elatus Euhemerum *impios libros eructari* dixerit; nam Bentleyo, quod pace tanti viri dicam, etiam in Callimacho recensendo idem, quod sepissime, accidisse, scilicet ut conjecturas faceret ingeniosas quidem, sed minime necessarias, non est quod miremur. Ceterum confer et Petri Petiti conjecturam in l. I. Miscell. Observ. e. 2: γέλαται (expuens, vemens impios libros).

Denique, ut omnem lectoribus evellamus scrupulum, non esse cum Schneidero ψέζει vel πλέσσει scribendum secundum Sext. Empir. l. IX. 50. facile perspicimus, si evolvimus eius librum, ubi legitur: Καὶ εἶναι γένει (se, τινες) οἱ πλείστοι τῶν δογματικῶν καὶ ἡ κανή τοῦ βίου πρόλογος, μή τιναι δὲ οἱ πιστεύοντες ἀποτελέσθαι, καθάπερ Εύημερος

γέρην ἀλκηδὸν ἔσσια βίβλια φύγειν

καὶ Διαγέρας ὁ Μήλιος καὶ Πρόδοσας ὁ Κεῖος καὶ Θεόδοσας καὶ ἄλλοι παραπλεύσι. Nonne manifestum est, consulto eum ψέζει scripsisse, ut servaret orationis concinnitatem participi formam postulantem?

T. III.

ἢ τὸν Μεσσηνιανόν: haec verba Meineke contra consentientem codicum memoriam elecit et glossatoris esse nescientis Euhemerum Messenium libidibri causa Bergaeum vocari confidenter affirmavit, provocans ad Strab. l. II. c. 4. p. 104 (t. IV. apud nos): Τραπεζίνη δὲ τὸν μὲν Εύημερον Βεργάτην. Scilicet Strabo hic nihil aliud nisi illum Eratosthenis locum laudare debuit, ubi Euhemerus Bergaeus appellatus est! Certo Βεργάτης hoc loco ipsum Antiphanem, mendacem Απίστον auctorem significat, Euhemeri similem, quem et alibi, in l. II. c. 3. p. 102. (οὗτοί οὖν ἀπολιπόντες ταῦτα τοῦ Ηὔημερος καὶ Εύημερος καὶ Απίστονος φυσικάτων) Strabo commemoravit, neque instant videmus subesse causam, cur athetosin adhibeamus.

φίλαργειν: Casaubonus Euhemero vindicat etiam ea, que addit Strabo: καὶ τούτου δὲ ἵνα τῶν ἱέρων κύτοις λέγεται, τὸν μὲν Ἀράβων κύπεον λέγοντες εἴναι, Διόπτην δὲ τὸν Στροφίην πρεσβύτερος Ἀληναῖον ἀρχούσιμον διὰ τοῦ κύδονος ἀνεπλέσσει ἐν τῷ Κιλκίᾳ ἐν τῷ Κάσσιπη ποταμῷ, δε παρὰ τὰ Σύδησα ἦται, καὶ ἀπειλέσσαι τετταρακοστάτον εἰς Σοσσας ταῦτα δὲ κύτοις ἀπηγγέλλεσθαι τὴν Διόπτην. Εἴτε Ξευράτην, εἰ τὸν Κύρρατην καὶ τὸν Τίγρην ἢ δυνατόν διαπλέσσει τὸν Κόρδουν εἰς τὸν Κύσσατην ἐπερχεσθαι. Sed h. e. propterquam quod ab argomento libri Euhemericai prorsus aliena sunt, certe Damastus tribuenda videntur ea de causa, quod Strabo antea, quid Eratosthenes a scriptore illo mendaci sumpserit, nusquam dicit. At hoc omnino commemorare debuit, ut gravissimum geographiae auctorem iure reprehendere posset. Illud καὶ τούτο igitur non ad Euhemerum, sed ad Damasten est referendum. Ceterum confer Bergeri librum, qui inscribitur *Dic geogr. Fragmente des Eratosthenes*, p. 43. sqq.

T. VII.

ἢ δὲ Ηλύζατε: forma Ηλύζατε pro Ηλύζαις apud ipsum Euhemerum, ut opinor, occurrere non potuit. Nam insulae nomen, ut Block (Evêhémère, son livre et sa doctrine, p. 23.) recte vidit, compositum est e vocibus πόλις et γένει, ut Ηλύζαις γῆ significet *terram imprimis nobilem*. Hinc apud poetas Romanos sepe Panchaia legitur, velut in Ovid. Met. X. 309: Panchaia tellus; Verg. Georg. II. 139: Panchaia pinguis; Tibull. III. 23: Panchaia merces. Quare si genuinam nominis formam constanter retinere vellemus, etiam apud Graecos Ηλύζαις esset scribenda, que cum Ηλύζαις conciliari nullo modo potest. Mendosum est igitur hoc loco etiam illud Ηλύζαις, et, cum librariorum errori utraque forma tribui non possit, Plutarchum memoria lapsum esse statuere debemus, quamobrem ei ipsum Euhemeri librum fama tantum notum fuisse iure suspicieris. Que cum ita sint, ne Τριπύλαις quidem contra consentientem codd. manuscr. memoriam corrigere ausus sum, quamquam ex Diod. Sicul. l. V. c. 44: Τριφύλαιον οὐληπτον αλισθήναι διὰ τὰ τους κατοικοῦντας ιπάρχειν ἐκ τριῶν θυμῶν, statim apparet Τριφύλαις esse genuinam nominis formam.

*

T. XIII.

Eὐάγερος τὸν Ἀρχαγαρτῖνον: confer Scholiastis verba ad hunc locum:

Οὗτός εστιν ὁ Εὐάγερος, ὁ τινες Μεσσήνιος, οὐ μάνιται ὁ Καλλίπατος ἐν τοῖς γολιάρβησι λέγοντι

γέρων ἀλεῖται ἀδικα βίβλια ἔγινε.

ἢ διεβάλλεται ἡς ἄνεος. Ἀρχάγες Σικελίας καὶ ὅρος καὶ πόλις ὑμένων;

T. XIV.

Nicanore Cypri: sic reciissime emendavit Meursius; *Nicanora* legitur in codice, quod Reifferscheid cur retinuerit, nescio. Imprimis enim tenendum est Arnobium et hic et alibi sapissime Clementis Alexandrini legisse vestigia, non ita quidem, ut verbum verbo redderet, sed ut alii additis, aliis detractis id solum, quod maximi esset momenti, servaret. Confer fragmenta XXXIV. et XXXVI. ex Arnobio sumpta cum fragmentis XXXIII. et XXXV. a Clemente servatis, quibus addi possunt ea, que ad fr. XXXIV. adnotavimus et Arnobii locus in libro Adv. Nat. VI. 6.: «Ptolemaeus Agesarchi de Philopatore quem edidit primo Cinyram regem Paphi cum familia omni sua, immo cum omni prosapia in Veneris temple situm esse litterarum auctoritate declarat», collatus cum Clem. Alex. Protrept. c. III. p. 40: Πτολεμαῖος οὗτος ἦν τῷ πρώτῳ τῶν πολέων τῶν Φιλανάρτορων ἐν Ηὔρω λέγεται τοῦ τῆς Ἀρραβίτης ἱεροῦ κεύρου τε καὶ τοὺς κεύρους ἀπογόνους κακοχέεσσας. Quae cum ita sint, ne hoc quidem loco alia querere nomina possumus, nisi ea, que occurruunt apud Clementem in Protrept. c. II. 24. p. 20 [t. XIII. apud nos]: Εὐάγερον τὸν Ἀρχαγαρτῖνον καὶ Νικάνορον τὸν κύπριον καὶ Δασύθραν καὶ Ἰππονα τὸν Μύλιον, τὸν τε Κυρηναῖον; quod deinde ad Leontem ab Arnobio commemoratum attinet, et huius alibi Clemens mentionem fecit. Iam eum Meursio *Nicanori* scribere eo tutius possumus, quod de *Nicanora* quodam Cyprio nihil antiquitus traditum est, et quod in Arnobii textu constituendo unius tantum codicis utimur testimonio, ut gratias agere Fortunae debeamus, quoties eius argumentis aliunde petitis confirmandi aut corrigendi facultas datur.

T. XVI.

2. *Ἔρπι θεῶν τοινεν . . . τοῖς τοδοῖς ὄμοιοντος*: nonnulli viri docti totum segmentum Euhemero tribuere atque hac ratione doctrinam eius de diis supplere voluerunt. Sed haec omnia ipsi Diodoro sunt vindicanda, qui non hoc loco, sed paulo inferius in segmento 4 [apud nos fr. II.] Euhemeri inventa referre incipit. Adde, quod etiam alibi, ubi certe non Euhemeri ante oculos habuit, iisdem fere verbis commemorat has ἔρπετα πολλοὶ θεῶν ἴνοικες, ut exempli gratia Bibl. Hist. I. III. c. 9: Ήρπι οἱ θεῶν οἱ πολλοὶ ἀνθετοὶ Μερόπεις οἰνούντες ἴνοικες ἔρπετα. Τοπολαμβάνουσι γάρ τοις πολλοῖς αἴοντας ἔρπετα καὶ ἀφθεγγον τὴν φύσιν τοινεν ἔρπετον τε καὶ στλήνην καὶ τὸν

στριπόντα στριμόν, τοὺς δὲ νομίζουσι: Εὐημέρης φύσεις κεραυνονηκέντας καὶ δι' ἀστέρη καὶ κονιὰν εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίαιν τετελεῖσθαι ταῦτα ἀπαράτον. Confer eiusdem Diodori I. I. c. 11: Τοὺς δέ οὖν κατ' Ἀγρυπτον ἀνδρόποντας οπαλαζεῖν εἶναι δύο δέσμοι, ἀδίδακτοι τε καὶ πρόστοις τῶν τε ἔρπετον καὶ τὴν σελήνην; I. I. c. 13: ἄλλους δέ τη τοτεντον ἐνεργεσίαιν γενέσθαι ράπτιν οπάρχεντας μίνιον τούτον, διὰ δὲ τὴν σύνεσιν καὶ κονιὰν ἀνθρώπους εὐεργεσίαιν τετελεῖσθαι τῆς ἐπαναστάσιας.

II. Ad fragmenta.

Fr. II.

6. Κατά τινα λόγον ἵνεψιν καὶ ἐπερθολίγη ἵπορον Διὸς Τριφυλίου: his repugnare videtur, quae idem Diodorus I. V. c. 42, 6 (fr. III. apud nos) refert: ιππορον Διος Τριφυλίου κείμενον μή τι λύσατε περίδιον. Vehementer tamen erraret, qui propter ea reliquendū esse huius loci testimoniūm crederet. Nam cum Diodorus in descriptione Panchaiae, quae est in I. V., alia quoque [cf. adnot. ad fr. III. 46, 7.] parum accurate referat, multo commendatius est I. V. et VI. testimonia coniungere, quam alterum contemnere, alterum probare. Nos igitur secundum Euhemerum circa templum Iovis regionem planam fuisse [τὸ περὶ τὸ ἱερὸν περίδιον apud Diod. I. V. 43], sed ipsum fanum in tumulo quedam exstructum longe eminuisse arbitramur. Cf. Blockii librum: *Euhémère, son livre et sa doctrine*, p. 24. Certe hunc λόγον οὐδέλλογον et montem Οὐρανοῦ δέρπον seu Τριφύλιον Ολυμπον, de quo sermo est in fr. III. 44, 5, nullo modo confundere licet.

Fr. III.

XLI. 2. 3. Etiam haec Euhemero, non ipsi Diodoro sunt tribuenda. Nam e fr. II. 4: Ὑπελεύσαντα διὰ πόλεων τὰς εὐδηλίους Ἀρράγες, eum per Arabiam Felicem iter fecisse et inde in Panchaiam navigasse elucet. Quae cum narraret, commode adiungere potuit Arabiae descriptionem. Nam non Panchaiam tantum, sed etiam Phoeniciam, Palæstinam et Aegyptum ab eo descripta esse fragmenta XL. XLIII. et XLIV. docent.

XLI. 2: ἔχοντο δὲ πόλεων etc. Hoc verba Rhodomannus sic in Latinum verit: «Urbium maxime regias habent magnifice exstructas, magnaque habitatorum frequentiam et copiam facultatum», qua prorsus aptiorem efficiunt sensum, quam textus Diodori codicibus traditus. Certe πλήρες οἰκοτόπιον et κτήσις έχαντες ad urbes potius, quam ad regias referenda esse videntur, ut illud ἔχοντα, quod sententiam perturbat, corruptum esse non sine causa suspiceris.

XLII. 5: κείμενον μή τι λύσατε: hoc loco Diodorum parum accurate secutum esse Euhemeri descriptionem supra ad fr. II. 6. adnotavimus.

XLIII. 3: Ήν δὲ . . . οὐδέργον . . . οὐδέλλογον . . . παρείχοντα: eur hoc

loco Diodorus, cum in ceteris descriptionis partibus præsens tempus adhiberet, imperfecto usus esset, exposuimus in Quesst. Euhem. c. II. §. 6.

XLVI. 4: Ἐξει δὲ ἡ ζέρα μέταλλα . . . ἐκ τῆς νῆσου: quæ Diodorus de metallis dicit, alio loco olim stetisse contendit Block in libro: *Euhemerus, son livre et sa doctrine* p. 28: «Ce détail-inquit-rempt complètement la suite du récit et ne se trouvait peut-être pas à cette place dans le texte de Diodore. Il est possible que, dans la confection du manuscrit qui a servi de base à ceux que nous possérons, cette phrase, oubliée dans le texte, puis ajoutée en marge, ait été à la légère intercalée en cet endroit.» Sed res nobis longe aliter se habere videntur. Iis enim verbis, quæ statim sequuntur: τοις δὲ ἵπασιν αὐτοῖς ἔπεισται τὸ περίπτωτον τὸ τοις καθημερινής χρόνος suspecta illa de metallis particula adeo arcte coniungitur cum descriptione condicionis sacerdotum, ut divelli nullo modo possint. Neque ita difficile est, cur hoc loco auctor de metallis mentionem fecerit, rationem reddere. Scilicet ἡ χώρα non totam Panchaiam, sed agrum consecratum, qui circa templum a Iove conditum situs erat, τῷ καθημερινῷ χώρᾳ significat. Cohæret ergo cum precedentibus, ubi sermo est de sacerdotibus, qui in hoc agro habitabant, et de templo Iovis, quod ibidem erat; neque minus apte transitum parat ad ea, quæ sequuntur: ἀνατύχεται δὲ γραῦσι καὶ ἀγράρια: deinde: εὐρύποτα τοις νεαροῖς . . . ἐξ ἀρχῶν καὶ γραῦσι; tum: ἡ κληρονομία τοις γραῦσι; Unde: στολὴ γραῦσι μεγάλη. Eo enim consilio agrum consecratum auro et argento abundare neque quicquam eorum exportari licere Euhemerus narravit, ut lectores in fano tantam rerum pretiosissimarum copiam inveniri facilius crederent.

XLVI. 7: αἱ πράξεις Οὐρανοῦ τε καὶ Δαᾶς: Saturni nomen hoc loco desiderari recte monuit Sevin [Memoires de l'Acad. des Inscr. tom. VIII. p. 107. sq.]. Confer fr. III. 7: τε τοσοῦ τῷ Ιερῷ στήλῃν εἶναι γραῦσι, τε δὲ τοῖς Ήλλήσιοις γράμμασιν ἐπάρχειν γαγρεπένας τὰς τοῦ Οὐρανοῦ καὶ Κρόνου καὶ Δαᾶς πράξεις. Neque tamen necessarium est hoc cum Sevinio librariorum negligenter tribuere, cum non Euhemerus ipse, sed excerpta tantum Diodori, qui etiam alibi parum accurate auctores in suum usum convertit, ad nos pervenerint.

Hepi pær oðr etc.: Diodori, non Euhemerri verba esse omnes intelligent.

Fr. IV.

Sit dires amono: Ennius in versione sua procul dubio descripsit insulam Panchaiam. Hanc descriptionem ante oculos habent poetae Romani, pre- certim Ovidius; nam de imitatione poetarum Graecorum, apud quos Panchae nulla est mentio, in hac re sermo esse non potest. Ceterum confer cum Ovidii versibus inter reliquias Euhemerii Enniiani positis Lueret. II. 417:

Araque Panchaeos exhalat propter odores;

Verg. Georg. II. 139:

Totaque turiferis Panchaia pinguis arenis;
et Georg. IV. 379:

Panchaeis adolescenti ignibus arce;
Tibull. III. 23:

Illic quas mittit dives Panchaia merces;

Claudian Nupt. Honor. et Mar. 94: Panchaia cinnamon. Quæ omnia non tam ad Panchaiam ipsam, quam ad insulam sacram [^{τὴν} νῆσον; apud Diod. I. V. 41, 4.] si vicinam pertinent, ubi tura et murram abunde inveniri Euhemerus narravit. Poetarum locos respicit Arnobius Adv. Nat. VII. 233: «Numina non indigne sustinent Panchaicas sibi ardore resinxias.»

Fr. V.

Hee verba legimus etiam apud Philargyrium ad Verg. Georg. II. 139. Neuter legit Euhemerum, qui Panchaism non regionem Arabie esse, sed adversus Arabiam Felicem in Oceano sitam (cf. Diod. V. 41, 2.) tradidit.

Fr. VII.

Ennius quidem: confer Lactantii Epitomen ad Pentadium c. 14:

Saturni patrem Uranum fuuisse vocitatum et Hermes auctor est et sacra historia docet. . . Euhemerus eundem Uranum primum in terra regnasse commemorat his verbis: Initio primus in terris imperium summum Cælus habuit; is id regnum una cum fratribus suis sibi instituit atque paravit.

Fr. VIII.

Oceania . . . Huracia: hoc loco in nominibus scribendis miro discrepant codices; in optimis tamen Oceania legitur, quo etiam scriptura Lipsiensium, quos ipse excessi, in 202. Oceania, in 203. Oceania, in 204. Oceana referenda sunt. Maior est difficultas in Aulacia, que in Lips. 203. et in quibusdam aliis invenitur, cum Lips. 202. Alaria, 204. Andana, nonnulli Aulatia, aliis alias monstræ exhibeant, ex quo iam archetypum corruptum fuisse iure suspiceris. Quæ cum ita sint, ut tota recte instituatur questio, in primis Cælum, ubi divinos primum nanctus esset honores, ibidem, scilicet in insula Panchaia, supremum diem obiisse sciendum est, quod quamquam usquam commemoratur, necessario sequitur ex Euhemerii de diis doctrina ad exemplar cultus herorum conformata, preterquam quod avum Jovis, Panchaia regem, in regno suo mortuum et sepultum per se consentaneum esse videtur. Neque sententia nostræ repugnat, quod Lactantius Cælum in Oceania vitam reliquisse dicit; nam, cum Diodorus, ubi Panchaiam copiose describit [I. V. c. 41—46], inter incolas insulae Oceanitas et inter urbes etiam Oceanidem commemoret, probabilis est Blockii conjectura [cf. librum eius: *Évhémère, son livre et sa doctrine*, p. 32.],

Oceaniam esse Panchaię regionem ab Oceanitis habitatam, quo concessò etiam dubiam illam Aulaciam ibidem queramus necesse est. Sed idem Diodorus in descriptione insulae enumerat urbes memorabiles, inter quas certe etiam Aulacia illa Celi sepulcro clara esse debet. Nomina autem hec sunt: Ηερία (c. 42.) Δέρις et Λαττισσούσις (c. 44.), Θεαντή, Δαλή; et Υραζία (c. 45.). Jam si ex Γραζίᾳ in versione Enniī certe Huraciam factam esse consideramus, habemus quo referamus omnes codicium corruptelas. [Cf. quæ exposui in ephemerede philologica Hungarorum: *Egyptemus Philologai Közlöny* t. XII. p. 535.]

Fr. IX.

τὰ καὶ Ἡρά καὶ Ποσειδῶνα: et hoc loco parum accurate Diodorus Euhemeri doctrinam exposuit, omisit enim Plutonem et Glancam, de quibus cf. fr. XIII.

Fr. X.

ἱρ τῷ περὶ Αορίσου: hec ad Euhemerum refert Block [cf. Euhémère, son livre et sa doctrine, p. 41.] et eius de Baeho fabulas hoc loco a Lydo enarratas esse arbitratur. Sed cum in prima fragmenti parte de Saturno sermo sit, de cuius regno Charax, Isigonus, Polemo et Aeschylus indumentur testes, his probabilius alnumenandus est, qui proxime sequitur, Euhemerus, praesertim si supplementa editoris recte stant tali. Adde, quod Hase in editione sua in lacuna δ II... Plutarchi nomen delitescere eique librum illum de Baccho tribuendum esse putat.

Fr. XI.

facie deterior: sic plerique libri; facile: codices nonnulli et editores veteres. Cf. Sibyll. Carm. III. 127:

καὶ γέ ἐπιρυξε βασιλέα κρόνον πάντων βασιλέων
Οὐντά τοι πρέπειοι τὸ δὲ γέ καὶ εἴδος ἄγαρος

*cirile secus: in antiquo codice Gothano legitur *cirile secus*, ex quo vulgaratam lectionem *cirilis secus* correxi. Secus, substantivum indeclinabile, siccissime occurrit apud antiquiores, quod, quamquam Ciceronis aetate iam obsoletum erat, invenitur etiam in scriptis recentiorum, ubi id agunt, ut venerandam antiquitatem sermo eorum redoleat. Cf. Plant. Rud. I. 2, 19:*

virile secus nusquam ullum habui;

Asell. ap. Gell. II. 13: Eum quem virile secus tum in eo tempore habebat; Varro ap. Gell. III. 10: Quod eius virile secus futurum est.

Fr. XII.

Ut Euhemerus porta dicit: sic et hic et infra corredit Politianus e duobus Mediceis; in codice Lipsiensi melioribus adnumerando, quem ipse

excessi, hoc loco *Heuhemerus*, infra *Euhemerus* legitur. Preferenda est igitur hec lectio vulgaris illae *Homerus*, cuius ortum corruptela *Heuhemerus* in Lipsiensi satis illustrat. Alde, quod etiam apud Augustinum in I. De c. v. dei VII. c. 27. pro *Euhemero*, de quo ibi procul dubio sermo est, in nonnullis codicibus *Homerus* occurrit. Sévin autem [Mem. de l'Acad. des Inscr. t. VIII. p. 107. sqq.] pro Euhemero *Eueni*, poete elegiaci, nomen scribere malit, quippe qui fabulas hoc loco commemoratas ab Euhemero alienas esse putet. Quamobrem etiam Schneider, Columelle editor, *Eumenelum* potius quam *Euhemerum* in textum recipiendum esse arbitratur: potuisse enim talia referri ab Eumelo, Bugonie auctore. Sed vide quæ exposui in Questt. Euhem. c. III. §. 5.

Fr. XIII.

Haec ut scripta sunt . . . traditum est: etiam haec verba Ennio esse tribuenda docet Laetantii Epitome ad Pentadium c. 13., ubi legimus:

Quam historiam vertit Ennius in Latinum, cuius haec verba sunt: Haec ut scripta sunt Iovis fratrumque eius stirps atque cognatio. In hunc inodum nobis ex sacra scriptione traditum est.

Vahlen [Enn. rel. p. 170.] ultima huius loci verba sic scribit: «cognatio in hunc modum nobis ex sacra scriptione tradita est».

Fr. XIV.

humanam carnem solitos esitare: Sieroaka [De Euhemero, p. 14.] respiciens locos de Urano Diodori [fr. VI. apud nos]: ἐπικῆ τινα χνόρα καὶ τερψτικὸν καὶ τὴν ἀστραν αἰνῆσσαν ἐπιστήμονα, δύν καὶ πρώτον θεῖσις τηρησατοις πέραν; τεού, et Laetantii [fr. VII.]: «Initio primus in terris imperium summum Caelus habuit. Is id regnum una cum fratribus suis sibi instituit atque paravit», dicit haec: «Iam ex his locis liquet Uranum hominum non tantum regem, sed etiam ordinatorem primum fuisse. Falso igitur Laetantius Div. Inst. I. I. cc. 13. et 22. a Iove homines ad mitiorē victum cultumque et ad deorum opinionem a vita fera traductos esse tradidit. Sed Laetantius nequam dicit a Iove primum homines ad deorum opinionem esse traductos; deinde ex eo, quod Uranus secundum Diodorum τερψτικός fuit et secundum Laetantium regnum instituit atque paravit, eum humana carne abstiuisse, leges hominibus dedisse moresque ferros mitigasse nondum sequitur. Certe, si nodum in scirpo querere nolumus, suspicioni, Laetantium hoc loco parum accurate rettulisse Euhemeri doctrinam, nullum relictum esse locum fatendum est.

Fr. XV.

qui Titani rocantur: certe hunc Laetantii locum respexit Fulgentius in Mythol. I. I. c. 25:

**Innpiter enim, ut Anacreon, antiquissimus auctor, scripsit, dum adversos Titanos, id est Titanī filios, qui frater Saturnī fuerat, bellum*

adsumeret et *sacrificium Caelo* (vide fr. XXV.) fecisset, in victorie auspicium aquile sibi adesse prosperum vidit volatum».

Nam, quod provocat ad Anacreontem, antiquissimum auctorem, nemini imponit, qui novit mendacissimi scriptoris ineptias.

Fr. XVII.

Caesar quoque in Arato: fabula, quam secutus est et in usum suum collaturus commutavit Euhemerus, aquilam in Iovis capite consedisse narrans, sepius apud scriptores veteres occurrit. Cf. Eratosthenis, qui Aglaosthenem nominat auctorem, Catast. c. 30. ed. C. Robert: ἔξορμόντος δὲ τῆς Νάξου ἐπὶ τοὺς Τιτᾶνας ἀστοῦ φανῆναι θύσοντι, τὸν δὲ οἰωνούμενον ἵρον αὐτὸν παρακλήσας καὶ διὰ τοῦτο τῆς ἐν οὐρανῷ τιμῆς ἀδικηθῆναι; Schol. ad Germ. Arat. p. 91: Aglaosthenes dicit Iovem ***, cum ex Naxo adversus Titanas proficiseretur et sacrificium faceret, aquilam ei in auspicio adparuisse. Quam bono omine acceptam tutela sua subiecisse; Hyg. Astron. II. 16., eiusdem Aglaosthenis testimonio usus: «Cum voluerit bello lacessere Titanas, sacrificanti ei aquilam auspiciatam»; Schol. ad Hom. Il. Θ. 247. ed. Bekker: λέγεται διὰ κατὰ τὴν τοῦ Διος γένεσιν τῶν ἄστρων γεννηθῆναι, διὰ τῆς προὸς τοῦς Γίγαντας μάχης παρακτήνας διόπερ ἐν τῇ δικαιείᾳ τῶν πτερυγῶν Ζεύς τοὺς ἄστρους ἀπέτισε; Serv. ad Aen. IX. 564; Aero ad Hor. Carm. IV. 4. Quid de Fulgentii in Mythol. I. 25. testimonio statuendum esset, exposuimus supra in adnot. ad fr. XV.

ante: priusquam adversus Titanas bellum iniret, ut recte adnotavit Luc. Mueller.

Fr. XVIII.

Cum magna Cretensium multitudine: hoc fortasse pertinet Enni fragmentum, quod Vahlen inter incerta [n. XX.] posuit, apud Charisium I. p. 99. P.

Cretenses Ennius, ut Varro libro primo de sermone Latino scribit.

Fr. XXIII.

Antiquus auctor: potuisse haec vel talia in prooemio ab Ennio ipso referri recte monuit Luc. Mueller. Confer Laetantii epitomen ad Pentadium c. 13: «Euhemerus fuit Messenius antiquissimus scriptor, qui de sacris inscriptionibus veterum templorum et originem Iovis et res gestas omnemque progeniem collegit; item ceterorum deorum parentes, patrias, actus, imperia, obitus, sepulera etiam persecutus est. Quam historiam vertit Ennius in Latinum, cuius haec verba sunt.»

Messena: ex Epitome, ubi Euhemerus *Messenius* appellatur, falsam esse scripturam codicum nonnullorum, qui *Messana* exhibent, facile eluet.

Secus mare: maxima pars codicum *secundum mare* exhibit. Sed preferendum censui *secus*, antiquiore prepositionis formam, que occurrit

etiam apud Catonem, Enniū sequalem, in libro De re rust. 21, 2: *foramina utrinque secus laminas*. Nam quod Charisius dicit l. I. 17, 49. p. 61: «Id, quod vulgus usurpat, *secus illum sedi*, hoc est secundum illum, et novum et sordidum est», ideo tantum audiendum est, quod nobis rem notissimam, scilicet obsoletas vocabulorum formas in sermone incolitorum hominum diutissime conservari, novo demonstrat exemplo.

Fr. XXIV.

Ιδρύσασθαι: sequitur fr. XXVI. Deinde Eusebius haec addit:

Ταῦτα καὶ τὰ τοῖτοις παραπλήσια ὡς περὶ Εὐητῶν ἀνθρώπων περὶ τῶν θεῶν διελθόντων ἐπιφέρει (sc. Diodorus) λέγονται.

Καὶ περὶ γενές Εὐημέρου τοῦ συνταξμένου τὴν ιερὰν ἀναγραφὴν ἀρχετετράβιτην τοῦ ἥρητος, τὰ δὲ παρὰ τοῦς Ἑλλήσις μαρτυρούμενα περὶ θεῶν ἀκολούθως, Ήπιόδορος καὶ Ὄμηρος καὶ Ὁρρος παραπλήσια συντόμως ἐπιδειγμάτων.

Verba τὰ τοῖτοις παραπλήσια indicant plures Euhemeri fabulas, quam hoc loco commemorantur, in l. VI. a Diodoro esse enarratas.

Fr. XXV.

Panchaeum deducit in montem: scripture codicium plurimorum, *Pavenium*, *Panaeum* et *Panum*, iam archetypum corruptum fuisse satis indicant, ut illud *Pan eum*, quod libri nonnulli exhibent, conjectura librariorum ortum esse iure suspiceris, praesertim cum nullo alio commendetur in fragmentis Euhemeri testimonio. Quare Krahner [Grundl. zur Gesch. des Verf. der. röm. Staatsrel. p. 39.], conjectura locum sanare conatus, *Panchaeum eum* scripsit, Gauß autem [Quest. Euh.] *Panchaianam*. Equidem Krahnerum sequor, nisi quod *Panchaeum* solum scripsi, *eum* omittens; nam quod verbum *deducit* non habet quo referatur, non me movet, cum Lactantium ipsa auctoris verba omissis precedentibus e contextu erupta laudare sciām. Quantum e fr. XXIV., ubi Iovem Beli Babylonii hospitio relicto in *Panchaianam* venisse avoque aram creasse, et e fr. XXVI., ubi eum e *Panchaia* [χάρτει] in Syriam, e Syria in Ciliciam profectum esse regemque Cilicem *bello* viciisse legimus, conicere licet, bellicostum ducēm cum exercitu terram circuisse hospitaque quiescisse suspicamur. Quia si vera sunt, hunc in modum probabilitate supplere possumus sententiam mutilatam apud Lactantium, non eo consilio, ut verba ipsa, quod absurdum sit, conjectura assequamur, sed ut aptus evadat sensus; «Iuppiter Belum relinquit, exercitum Babylone abducit, deinde *Panchaeum deducit in montem*. . .»

Caeli sella: in codd. omnibus *Caeli stella* legitur; *Caeli stela* (στήλη) Ciaeconii conjectura est, quam Vahlen a. 1854, Luc. Mueller a. 1884. Böhrens [Poet. Rom. fr.] a. 1886. in textum fragmentorum Ennianorum recipere non dubitarunt! Quorum negligentiam satis mirari non possum. Non fuit enim eis nota præstantissima Krahneri emendatio iam a. 1839. publici juris facta in programmata schola Latinae Halensis: *Caeli sella*.

Nam mons hic commemoratus idem est, qui apud Diodoram I. V. c. 44, 5: Οἰρανὸν Ἀργεος vocatur, de quo ibidem legitimus: Μυσολογοῦσι γάρ τον πόλειν Οἴρανὸν βασιλεύοντα τῆς αἰγαίου προστηρῶν; ἐνδιατρέψει ἐν τῷδε τῷ τόπῳ καὶ ἡπότος ὕδωρ ἔφερε τὸν τε οὐρανὸν καὶ τὰ κατ' αὐτὸν ὄχηρα... Θεοῖς πάντας [fr. III.] Que sacrificia certe in ara ab Iove erecta fiebant. Confer et Euseb. Prepar. Evang. II. 2, 10: Εἰς τὴν Ήπειρον υἱον τρόπον τῷ Παναχῷ κεράνεντες παραγενόμενον (sc. Iovem) Οἰρανὸν τοῦ Ιδεον προστίτορος βασιλεὺς ἐφεσσάσαι [fr. XXIV.]

idque . . . nomen indidit: uncis seclusit Vahlen. «Uncis inducta — ait — non potui mihi persuadere aut ab Lactantio aut ab eo quem is auctorem sequitur proximis preposita fuisse. Sed potius ea quae sequuntur:

idque Iuppiter . . . nominavit: eiendiusta esse recte monuit Luc. Mueller. Nam verba: *idque quod aether vocabatur placans a consilio auctoris aliena statim produnt interpolationem ineptam:* Iovem enim, cum Cœlo aram crearet eique sacrificaret, non aetheri, etherem placasse credibile non est. Adde, quod, que praecedunt: *de sui avi nomine caelo nomen indidit,* magis Ennianae dictionis præ se ferunt speciem, cum verbum *indendi* hoc presertim sensu apud antiquiores sepius, quam apud aureas scriptores, fuerit usitatum. Cf. apud Vahlenum inter tragoeiarum Ennianarum reliquias vs. 100:

Andromache nomen qui indidit, recte indidit.

Ciacconius repetitionis evitanda gratia sic nostrum locum abbreviavit: «In quo loco suscepit idque quod supra mundum erat quodque aether vocabatur precans primum cœlum nominavit». Quæ refutare post ea, quæ supra dixi, supervacaneum est.

Denique, ut omnes enumeremus virorum doctorum ad hunc locum conjecturas, *Ganss*, respiciens fr. VII. (apud Vahlenum) Epicharmi Enniani:

Istic est is Iuppiter quem dico, quem Graeci vocant
Aērem

talem fere sensum his verbis tribuendum esse suspicatur: *idque quod supra mundum erat, quod aēr vocabatur, de suo ipsius nomine Iovem nominavit idque Iuppiter, quod aether vocabatur, precans primum cœlum nominavit.*

Fr. XXVI.

Kάζειρε etc. haec verba Diodori cum fr. XXIV. coherent. *Kάζειρε* significat: ex Panchaia, postquam Cœlo avo aram erexit.

Fr. XXVII.

Historia vero Sacra: confer Lactantii Epitomen ad Pentadium c. 24: Euhemerus autem in sacra historia ipsum Iovem dicit, postquam imperium ceperit, sibi multis in locis fana posuisse. Nam circuientem

orbem, ut quemque in locum venerat, principes populorum amicitia sibi et hospitiū iure sociabat. Cuius rei ut posset memoria servari, fanum sibi creari inebbat atque ab hospitibus suis annua festa celebrari. Sic per omnes terras cultum sui nominis seminavit.

Cassius: non Cassius, ut aliqui libri exhibent; nam etiam apud Eusebium Prepar. Evang. II. 2, 10 [fr. XXVI] Κάζειρον lectio melioribus libris commendatur.

Sicile quidam . . . ornaret; haec verba, utpote neque ab Euhemero neque ab Ennio profecta, uncis secludenda sunt; nam perturbant totum contextum neque ad doctrinam Euhemeream illa ex parte pertinent. Quamobrem iam Luc. Mueller in editione Ennii haec omnino non ab Euhemero aut ab interprete eius, sed ab eo, qui verteret Ennium in prosam, addita esse censuit. Evidem additamentum Lactantio tribuo, qui, cum hoc loco non verba ipsa Ennii laudare, sed argumentum Historie Sacre suis verbis enumerare vellet, quintum Aeneidos librum ante oculos habens, ut fabulam exemplo omnibus noto illustraret, haec inseruit. Similiter in Div. Inst. I. I. c. 11. Neptuni regnum comparavit cum infinito M. Antonii imperio «cui totius ora maritima potestatem senatus decreverat, ut prædones persecueretur ac mare omne pacaret».

Hoc quod . . . dedit; haec Ennio esse tribuenda et Epitome, quam supra laudavimus et verbum *seminandi* sensu divulgandi minus proprie usurpatum inculenter docent.

Fr. XXIX.

Ennius in Sacra Historia: confer Lactantii Epitomen ad Pentadium c. 13:

Idem igitur Euhemerus Iovem tradit, cum quinques terram circumivisset et amicis suis atque cognatis distribuisset imperia legesque hominibus (supplendum fortasse: *reliquisset*), multaque alia bona fecisset, immortali gloria memoriaque affectum sempiterna in Creta *vitam commutasse* atque ad deos abiisse, et sepulcrum eius esse in Creta in oppido Gnosso et in eo scriptum antiquis litteris Graecis ΖΑΝ ΚΠΟΝΩΥ quod est Iuppiter Saturni.

Vitam commutavit: non *consummarit*, ut codices nonnulli exhibent; nam etiam Epitome, ubi legitur *vitam commutasse*, cum melioribus libris facit.

Fr. XXX.

interfectam: addit Hyginus: «de quo alio tempore plura dicemus». In libris tamen eius, qui ad nos pervenerunt, nihil prius de hac re inventi.

Fr. XXXIV.

dilectam meretriculam: codex Arnobii unicus, Par. 1661., hoc loco dictatum exhibit, quod ut corruptum asterisco notavit Reifferscheid. Iam

si corruptelae medelam afferre volumus, ut tota recte instituatur quæstio, imprimis sciendum est, Arnobium omnia, que de Cinyra Cypriorum rege et de Venere meretrice refert, Clementi Alexandrino debere neque apud eum quicquam, quod scriptor Graecus non commemoret, recte queri posse. Reicienda est igitur, quamquam ad codicis scripturam proxime accedit, Gelli conjectura *ditatam*, cum Clemens Venerem a rege Cyprio divitiis donatam esse nusquam narret. Sed apud eundem in Protrept. c. II. 14: *Venus ή Κύνη φῦλον appellatur*. Eodem pertinent in Protrept. c. II. p. 29: *'Αρποδίτη ἡ ἐν Ἀρει κατηγορούμενη μετάλλευ ἐπὶ Κύνης*; deinde apud Firmum Maternum, qui, sicut Arnobius, Clementem expilavit in libro De err. prof. rel. c. IV: *Audio Cinyram Cyprium templum amicae meretrici donasse; tum apud Theodorenum, eiusdem scriptoris sectatorem, in Græc. affect. cur. [p. 767. ed. Schulze]: αὐτὴν καὶ ἔταιραν γεγενήσασι φασι καὶ ἐφοριέρην Κινέρον*. Itaque cum satis constet secundum Euhemerum Cinyrae, regis Cypri, amicam fuisse Venerem, conjectura nostra, *dilectam meretriculam*, locum sanari arbitror.

Fr. XLVII.

Arista et granum: vide initium huius particule apud Varronem:

«In segetibus autem frumentum, in quo culmus extulit spicam: ea quæ mutilata non est, in ordeo et tritico tris habet continentia, granum, glumam, aristam: et etiam primitus spica cum oritur, vaginam. Granum dictum, quod est intimum solidum, gluma, qui est folliculus eius. Arista, que ut acus tenuis longe eminet e gluma. Proinde ut grani theca sit gluma et apex arista.»

Fragmento autem hæc addit: «Videtur vocabulum (sc. gluma) etymon habere a glubendo, quod eo folliculo deglubitur granum».

Euhemeris libris versis: aliter Krahner [Grundl. zur Gesch. des Verf. der röm. Staatsrel. Halle 1839.] qui scribit: *Euhemeris versibus*: «Denn — ait — *Ephemeridis versibus* oder *Heuemeris libris* der Wiener Handschrift ist Corruptel und *Euhemeris libris versis*, was Politian, Remescius und Schneider aufnahmen, offenbar blosse Conjectur.» Nos tamen, cum in Varronis libro recensendo huc usque non habeamus solidum manuscriptorum fundamentum, in auctoritate Politiani impræsentiarum acquiescendum putamus.

APPENDIX.

Index librorum ad Euhemerum pertinentium.

Hoc loco commentationes virorum doctorum omnes, quae usque ad hunc diem publici iuris facte ad Euhemeri doctrinam illustrandam aliquid constulerunt, enumerare paucisque tantum verbis, quid continentur quantum ad scriptorem nostrum rectius intellegendum valerent, indicare statui, gratum illis me facturum putans, qui posthaec in Historia Sacra operam collocare, et, quid huc usque in hac re elaboratum sit, quam facilime cognoscere cupient.

Q. Ennii poete vetustissimi fragmenta, ab *Hieron. Columna* conquista disposita et explicata, nunc ad editionem Neapolitanam a. 1590. recusa accurante Francisco Hesselio, Amstelodami 1707. — Iosunt fragmenta versionis Eunianæ apud Lactantium servata omnia, quibus adduntur nonnulla de vita Euhemeri et complures libri eius reliquiae e scriptoribus Græcis diligenter excerptæ. Neque tamen Columna, quippe qui non data opera de Euhemero quereret, omnia huc pertinentia collegit, neque reliquiis apte disponendis, qualam Historia Sacra formam integra habuisse set, evinere temptavit.

Vossius: De historicis Græcis, ed. Westermann. p. 105. 106. — Agitur de Euhemero historico, quem non omnino ficta rettulisse, sed insulam Panchaiam re vera fuisse maiore doctrina quam emolumento auctor evincere conatur.

Serbin: Recherches sur la vie et les ouvrages d'Euhémère. [Mémoires de l'Académie des Inscript. t. VIII. p. 107—117. 1733]. — Commentatio bona frugis plena, in qua scriptor, vita Euhemeri breviter enarrata, omnia fere testimonia ad librum eius pertinentia, quæ alicuius essent momenti, in quæstionem vocavit; Panchaiam ab auctore ipso fictam, doctrinam tamen de diis e vera eius persuasione profectam esse opinionique illius ætatis prorsus accommodatam fuisse statuit.

Fourmont: Dissertation sur l'ouvrage de Euhémère. [Mem. de l'Acad. des Inscr. t. XV. p. 265—292. 1743]. — Insulam Panchaiam non ab Euhemero fictam esse, sed in Rubro Mari, nomine *Pank*, re vera inveniri, magna sed confusa doctrina disputans, contendit.

Foucher: Recherches sur l'origine et la nature de l'Hellénisme. I. Système d'Euhémère. [Mem. de l'Acad. des Inscr. t. XXXIV. p. 435—461. 1770]. Examen du système d'Euhémère. [Ibid. t. XXXV. p. 39—88.] — Re-

futat Fourmontii *somnia*; Euhemerum deos non omnino sustulisse, sed stellis præsertim divinitatem tribuisse Diodori usus testimonio primus affirmat; universam eius doctrinam non esse veram, interdum tamen in explicandis herorum factis non sine ullo fructu adhiberi posse putat.

Fabricius: *Bibliotheca Graeca*, ed. Harles, T. III. p. 616. 1793. — Vir doctissimus solita cum cura testimonia de Euhemeri vita et locos scriptorum veterum ad librum eius deperditum pertinentes colligit.

Brucker: *Historia critica philosophie*. Vol. I. p. 604. sqq. — Nihil novi continet.

Meiners: *Historia doctrinarum apud Graecos*. T. II. p. 664. sqq. — Nihil novi continet.

Zimmermann: *Epistola qua Euemeras Mossenius et Diagoras Melius ab atheismo contra Plutarchum aliosque defenduntur*. [Museum hist. philos. Bremens. vol. I. p. 604. sqq.] — Hac commentatione, qui legit libellum Foucheri Euhemeri doctrinam ab atheismo vindicantis, facile carere potest.

Reinmann: *Historia atheismi*. p. 176. sqq. — Nihil novi continet.

Heyne: *De fontibus et anctoribus historiarum Diodori*. [Comment. Societ. Gotting. ad a. 1784. 1785. vol. VII. p. 99; nunc in editione Diodori, a L. Dindorfio curata]. — Praeter I. V. c. 41—46. et fragmentum I. VI. apud Ensebium Euhemero fortasse vindicanda statuit I. I. c. 27. et magna ex parte I. V. c. 64—80., de quibus disputavimus in *Quesst. Euhem.* c. II. §. 7.

Creuzer: *Symbolik und Mythologie der alten Völker*. 1812. T. IV. p. 545. sqq. — Pausa tantum neque ita magni momenti sunt, quae de nostro disputat.

Hoeck: *Kreta*. Vol. III. p. 326. sqq. — Quantum Euhemerus ad polytheismum tollendum contulerit, argumentis probabilibus docet; doctrinam eius etiam in mysteria Cretensium penetrasse sine iusta causa suscipitur.

Böttiger: *Ideen zur Kunstmystologie*. T. I. p. 187. sqq. — E reliquiis servatis, qualis Euhemeri liber integer fuerit, probabilibus coniecturis restituere conatur; ei maxime tribuit religionis mythologicae interitum.

Blum: *Einleitung in Rom's alte Geschichte*. Berlin und Stettin. 1828. p. 101—110. — Euhemeri vita breviter enarrata, quantum rerum Romanarum scriptores in fabulis Italicas explicandis ei debuerint, exponit. Eundem in *Panchaiae descriptione* non solum de deorum origine humana, sed etiam de optima reipublice forma cogitasse contendit.

Lobeck: *Aghaophamus*. T. I. p. 138. sqq. — In mysteria Graecorum ex Euhemeri doctrina nihil penetrasse contra Hoeckium exponit.

Krahner: *Grundlinien zur Geschichte des Verfalls der römischen Staatsreligion*. II. Ennius. p. 20—45. [Programm der lateinischen Hauptschule zu Halle. 1837.] — Agitur de Euhemeri vita, de indole totius doctrinæ, quam sine ullo graviore consilio mendacissime conflatam putat, tum, quid ei Romani scriptores, Varro præsertim, debuerint, exponit. Sen-

tentiam ejus de versione Ennii et de reliquiis Ennianis apud Lactantium servatis vide in nostrarum *Quæst. Euhem.* c. III. §. 6.

Gerlach: *Historische Studien*. Hamburg und Gotha. 1841. — Über die heilige Geschichte des Euhemeros, p. 137—154. — Vitam Euhemeri breviter enarrat; occupatus est maxime in descriptione *Panchaiae* interpretanda, in qua Indiæ ubertatem, mores institutaque populorum orientalium adumbrari putat.

Egger: *Latini sermonis vetustioris reliquie selectæ*. Paris. 1843. p. 151—154. — Insunt fragmenta Euhemeri Enniani neque diligenter collecta neque ea qua par erat cura edita.

Droyen: *Geschichte des Hellenismus*. Vol. III. p. 21. — Quantum Euhemeri doctrina valuerit ad tollendam religionis auctoritatem, exponitur.

Steinhart: *Euhemeros*. [In *Encycl. Ersch.-Gruber.* sect. I. vol. 39.] — Nihil novi continet, præterquam quod plures illas patrias, quas diversi scriptores Euhemero tribuunt, longa eius peregrinatione explicare et nomen *Panchaiae* falso ad *Illyrię dicas* referre conatur.

Krause: *Panchaiae*. [In *Encycl. Ersch.-Gruber.* sect. III. vol. 10.] — Percenset et refutat discrepantes inter se virorum doctorum sententias, qui insulam re vera fuisse putarunt et in terris diversissimis collocarunt.

Müller: *Fragmenta historicorum Graecorum*. Vol. II. p. 100. — In annotatione ad Aristageram Milesium diligenter colligit locos scriptorum ad Euhemeron pertinentes.

Mullach: *Fragmenta philosophorum Graecorum*. Vol. II. p. 431. — Fragmenta Graeca, sed non ea qua par erat cura neque omnia, colligit. Ennianæ versionis reliquias in præfatione in explicanda Euhemeri doctrina in usum suum convertit. Quod autem in collectione fragmentorum maximi est momenti, ut liber, qualis integro statu fuerit, probabiliter restituatur, omnino neglexit.

Vahlen: *Ennianæ poeseos reliquie*. Lipsiae 1854. — Versionis Ennianæ fragmenta non omnia, quæ erui poterant, colligit. Nonnulla etiam, quæ viri docti de textu harum reliquiarum exposuerunt, neglexit. Vide, que ad fr. XXV. adnotavimus.

B. ten Brink: *M. Terentii Varronis locus de urbe Roma*, accedunt Q. Ennii *Apologus* et reliquie Euhemeri versibus quadratis. Traiecti. 1855. — Lusus doctus, tantum ad demonstrandam auctoris in versibus Latinis faciliendis artem aptus.

Gauss: *Quæstiones Euhemereæ*. [Jahresbericht über das Gymn. Thomæum zu Kempen. 1860.] — Dissertatio diligenter composita; probanda sunt præsertim ea, quæ de versione Ennianæ exposuit, de quibus vide *Quesst. Euhem.* c. III. §. 6; parum feliciter versatus est in reliquiis Euhemeri apud Diodorum perscrutandis, ut in iisdem *Quesst. Euhem.* in c. II. §. 7. exposuimus.

Kan: *Disputatio de Euhemero*. Grönингæ 1862. — Nihil novi continet.

Chassang: Histoire du Roman dans l'antiquité grecque et latine Paris. 1862. P. II. c. IV. — Historiam sacram fabulis Romanensibus philosophicis adnumerat, cuius generis plura apud antiquos exstisset docet exempla.

Sieroka: De Euhemero. Regimonti 1869. — Dissertatio bonae frugis plena. Scriptor diversa de Euhemero libroque eius testimonia via ac ratione que vocatur critica percensere et reliquias probabili ordine disponere primus temptavit.

Zeller: Philosophie der Griechen. Vol. II. p. 295. p. 326. — Euthemeri doctrinam et aequalium philosophorum de diis sententias accuratius comparat.

Block: Euhémère, son livre et sa doctrine. Mons 1876. — Liber omni laude dignus. Auctor copiose descripsit Euhemeri vitam, fragmenta in Francogallicum conversa disposita, de scriptoris fide et auctoritate sana crisi adhibita disputavit, totam Euhemeristarum cohortem librorumque eorum reliquias pereonsuit, ut non Euhemeri solum, sed etiam totius Euhemerismi notio ex opere eius optime hauriri posset. Sed ne ille quidem textum fragmentorum Græcum et Latinum adiecit, quo carere, qui scriptorem nostrum accuratius cognoscere vult, non potest, neque omnia Historia Sacra apud antiquos vestigia, que erui possunt, conquisivit.

Rohde: Der griechische Roman und seine Vorläufer. Leipzig 1876. p. 220—224. — Inter ceteros rerum mirabilium scriptores de Euhemero quoque breviter disputat; in descriptione Panchaiae multa inesse affirmat que Indorum terrene Indice pre se ferant notionem.

Luc. Mueller: Q. Enni carminum reliquiae. Petropoli 1884. — In textu fragmentorum Historia Sacra constituendo neglexit eos, qui de hac re accuratius quesierant.

Baehrens: Fragmenta poetarum Latinorum. Lipsiae 1886. Ne hic quidem ea qua par erat cura in edendo versatus est, nisi quod unum ex Augustino fragmentum [fr. XIX. apud nos] iis, quae apud Vahilenum et Luc. Muellernum leguntur, adiecit.

Münster in prefatione libri *De errore prof. religionum a se editi* (vide Mignii Patr. Lat. t. XII.), commemorat duas *Lundbladii*, professoris in Universitate Lundensi, dissertationes de Euhemero, Londini Gothor. a. 1804. publici iuris factas, quas tamen neque mihi neque illis, qui ante me in eodem labore desudarant, inspicere contigit.

Index nominum.

[Littera *t.* significat *testimonium*, *fr.* autem *fragmentum*.]

I. Pars Graeca.

A.

'Αγάλματα, in templo Iovis Triphylli, fr. III. 44.

Ἄρειον, τὸ Euhemeri, t. XXI.

Ἄρεος, Euhemerus, t. X; ἀστέρας, Euhemerus, t. XIX; οὐρανος, Euhemerus et Theodorus, t. XXII; fr. I.

Ἄρεστης, Euhemeri, t. VII; t. XIII.

Ἄρηνα, filia Iovis et Themidis, fr. XXI.

Ἄργυρος, t. XII; fr. III. 46, 7; fr. XLIII.

Ἄργυρος, fr. III. 42, 2.

Ἄρχαλος, fr. X.

Ἄρχη, tragœdia Aeschylī, fr. X.

Ἄρχαντες, Euhemerus, t. XIII.

Ἄρπαξ, fr. III. 43, 6; 7.

Ἄρπαξ, in Panchaia, fr. III. 43, 3.

Ἄργεια, a love facta, fr. III. 46, 4.

Ἄργεια, aurea et argentea in Panchaia, fr. III. 46, 5.

Ἄρτεμις, Bergaeus, t. V.

Ἄργειον, fr. III. 46, 7.

Ἄρχεις, fr. III. 42, 2.

Ἄρχια, οὐδαιμον, fr. II. 4; fr. III. 41; οὐδαιμον, fr. III. 41, 2; — 46, 7.

Ἄρσταῖς, t. XVI. 2.

Ἄρστρους, fr. XLIII.

B.

Βαβελόν, fr. XXIV.

Βάρβαρος, t. VII; t. XII.

Βασιλεῖς, veteres dii facti, t. VII.

Βεργαῖος, Antiphanes, t. III; Erasthenes Euhemerum Βεργαῖον vocat, t. IV.

Βῆλος, Babylonius, hospes Iovis, fr. XXIV.

Βροτός, αὐτόχθων, fr. XLII.

C.

Γέρων ἄλκηστην, Euhemerus, t. I.

Γεοργίη, secunda classis populi in Panchaia, fr. III. 45, 3.

Γεργόνων κατοικία, t. VI.

Γράμματα, γραῦσθ, t. VII; Παγγάλα, fr. II. 7; τὰ παρ' Αγρυπνίος ιερὰ καλούσα, fr. III. 46, 7.

J.

- Δαλός, oppidum Panchaiae, fr. III. 45, 2.
Δαμάστης, t. III.
Δέρνη, fr. III. 43.
Διαλέτη, regi data, fr. III. 42.
Διμήτρη, filia Urani, fr. VI. 9; uxor Iovis, fr. XXI.
Διαγόρας, Μέλανος, t. XXI; t. XXII; Μήλος, t. VIII; t. X; t. XII; t. XIII.
Δικαιρίος, t. IV.
Διογένης, Φρέδ., t. XII.
Διόδωρος, t. XVI.
Διόνυσος, t. XVI. 2; fr. X.
Δορχάδη, in Panchaia, fr. III. 44.
Δυνατος, dili facti, t. X.
Δύρα, oppidum in Panchaia, fr. III. 43, 7.
Δύος, incolae Panchaiae, fr. III. 43, 6.

E.

- Ἐπαταῖος, t. VI.
Ἐπέρχεντις in Panchaia, fr. III. 44.
Ἐλλῆν, t. VII; fr. XLIII.
Ἐπίγειος θεός, t. XVI. 2.
Ἐπικουρος, t. XII.
Ἐρχοτεθνής, t. IV.
Ἐρεβη, t. IV; fr. III. 46, 7.
Ἐρυγένης, fr. XLIII.
Ἐσπερίδων κατοικια, t. VI.
Ἐστία, Urani uxor, fr. VI. 9.
Ἐταιρη, Venus, fr. XXXVIII.
Ἐθνήρος, t. III. IV. V. VI. VII;
Τεγέατης, t. VIII; ἄστος, t. X; Τεγέτης, t. XI; t. XII; Ακραγαντίος, t. XIII; t. XVI; ιστορικός, t. XVI. 3; ἀθεοτατός, t. XIX; Τεγέατης, t. XX; t. XXI; ἄστος, fr. I; φῶς Καστενόφου, fr. II. 4; fr. X; Κόρη, fr. XI.; fr. XLI; fr. XLII; fr. XLIII.
Ἐρέπηη, t. IV.

Z.

- Ζάν, γάληνος, t. I; ΖΑΝ ΚΡΟΝΟΥ, fr. XXIX.
Ζεύς, Τριψύλιος, fr. II. 6; 7; III. 42, 5; 6; — fr. III. 46, 3; 4; 7; fr. IX; rex fit, fr. XXI.
Ζευπλευ, fr. XLIII.

H.

- Ἡλίος, Ηρωταγόρας, t. XI.
Ἡλίου Εδερ, fluvius Panchaiae, fr. III. 43, 3.
Ἥητη, filia Saturni, fr. IX; uxor Iovis, fr. XXI.
Ἡραλῆς, t. XVI. 2.
Ἡσιόδος, μυελόληγος, t. XVI. 3; t. XXI.

G.

- Ἡσιόδος, fr. XLIII.
Ἡσδόνορος, κυργάνος, t. VIII; t. X; t. XI; t. XIII; t. XX; t. XXI.
Θεολόγη, t. XV.
Θεόπουλος, t. VI.
Θεόριος, fr. XLIII.
Θέης, uxor Iovis, fr. XXI.
Θηράπετη, fr. III. 41, 4,
Θηράπετη, fores templi Triphylii Iovis, fr. III. 46, 6.

I.

- Ιαζέων, Callimachi, t. VIII.
Ιερά ἀναγραφή, t. XVI. 3, fr. XL.
Ιερά νύτος, fr. III. 41, 4.
Ιερά πόλις, fr. X.
Ιερά, prima classis populi in Panchaia, fr. III. 45, 3.
Ιεράνη, το πρό τείχεν, t. I; Διός Τριψύλιος, fr. II. 6; fr. III. 42, 6.
Ιερά λόγος, fr. XLIII.

Ιετίται Διός Τριψύλιος, incolae Panchaiae, fr. III. 42, 5.

Ινδός, fr. III. 42, 3.

Ινδός, t. XII; fr. III. 42, 4.

Ιππος, t. XII; Μέλιος, t. XIII.

Ισίγονος, fr. X.

Ιστορική ἀναγραφή, fr. III. 41, 4; 42, 4.

Ιστορικός, Euhemerus, t. XVI. 3.

A.

Αἴσαντης in Panchaiae, fr. III. 44.

Αἰβανοετός, fr. III. 41, 4; 5; 42, 2.

Αἴβος, fr. X.

K.

Κάδος, μάχαρος, fr. XL.

Καλλιμαχος, κυργάνος, t. VIII.

Κερύνη, arbores in Panchaiae, fr. III. 43, 3.

Κάσιον ὄρος, in Syria, fr. XXVI.

Κάσιος, Syriæ rex, fr. XXVI.

Κάστανοδρός, βασιλεὺς, fr. II. 4.

Κεδρωσίς, fr. III. 41.

Κέρας, Πρόδικος, t. X.

Κέλτος, t. XII.

Κηπεῖα, in Panchaiae, fr. III. 43, 2.

Κήλων, fr. XXVI.

Κήλης, Ciliciæ princeps, fr. XXVI.

Κηδεμονίς πόλις, t. VI.

Κηύρρη, Κύπρος, fr. XXXIII; fr. XXXV; fr. XXXVIII.

Κλίνη τοῦ θεοῦ, in templo Triphylii Iovis, fr. III. 46, 6.

Κολη Σαρία, fr. III. 42, 2.

Κόνινη, fr. XLIII.

Κούρητες, filii Iovis et Iunonis, fr. XXL.

Κρητής λαθών, circa templum Triphylii Iovis, fr. III. 43, 4.

Κρήτες, fr. III. 42, 4.

Κρήτη, fr. III. 46, 3.

Κρονία, oppidum, fr. X.

Κρόνος, filius Urani, pater Iovis, fr. II. 7; fr. VI. 9; fr. IX; fr. XXI; fr. XXIX.

Κυπάριττος, fr. III. 43.

Κύπρος, Ναξίνη, t. XIII; κυρίας, fr. XXXIII.

M.

Μεσονίς γῆ, t. VI.

Μεσσήνος, Euhemerus, t. III; t. IV; t. VII; t. XII; t. XVI; fr. XLII.

Μίτσαλλα, in Panchaiae, fr. III. 46, 4.

Μήλος, Διαγόρας, t. VIII, t. X; "Ιππος" t. XIII.

Μήλισσας, Διαγόρας, t. XX; t. XXI.

Μηνάς, fr. XLIII.

Μηδουράρας, t. XVI. 3.

Μηρωνη, fr. III. 43.

N.

Νάός, templum Iovis in Panchaiae, fr. III. 44.

Ναύαρχοι, veteres dili facti, t. VII.

Ναύανηρ, Κύπρος, t. XIII.

Νομάς, classi militum adiuncti in Panchaiae, fr. III. 45, 3.

Νόματρα, in mysteriis Veneri datum, fr. XXXV.

O.

*Ολυμπος, Τριψύλιος, fr. III. 43, 5; 6.

Ομήρος, μυστικός, t. XVI. 3; t. XXI.

*Ορεύς, μυστικός, t. XVI. 3.

Ορενός, pater Saturni, fr. II. 7; fr. III. 43, 6; fr. III. 46, 7; fr. VI. 8; fr. IX; fr. XXIV; fr. XXV.

Οιρωνος διόρος, mons in Panchaiae, fr. III. 43, 5.

H.

- Παγγαία, t. IV; γε, t. VI; fr. II; fr. III. 42, 4; 5; 46, 3; fr. XXIV.
 Παγγαῖτος χάραξ, fr. III. 44.
 Παγγαῖος, fr. II. 4, 6; fr. III. 42, 2; Παγγαῖοι κότηζανες, fr. III. 42, 4; fr. III. 43, 6.
 Πάγγαιος, -οντος; = Παγγαῖος, t. VII.
 Παγγαῖος = Παγγαῖος, t. VII.
 Παλινορπός, fr. III. 41, 6.
 Πανάρη, oppidum in Panchaia, fr. III. 42, 5.
 Παρθέλλος, in Panchaia, fr. III. 44.
 Πέρσαι, fr. III. 45, 6.
 Περσερώνη, filia Iovis et Cereris, fr. XXI.
 Πετρή γλυκός θάλατος, in Panchaia, fr. III. 43; 2.
 Πέλασανος, fr. III. 43.
 Πεντάρχος, t. XX; t. XXI.
 Πηλέανη, fr. X.
 Πήρην, Αφροδίτη, fr. XXXIII.
 Πησεπόν, filius Saturni, fr. IX.
 Πρόδοκος, Κέφος, t. X.
 Πρωταγόρας, Πλάτων, t. XI.
 Πυθαία, t. IV; t. V.

P.

- 'Πίζ, filia Urani, fr. VI. 9; uxor Saturni, fr. IX.
 'Πίζας ὥη, t. VI.

S.

- Σεδόνια, fr. XL.
 Σεκλά, fr. X.
 Σεύση, fr. III. 42, 4.
 Σεύρη, fr. III. 41, 4; 6; 42, 2.
 Σεύλη γέμεσθ, in qua facta deorum perscripta erant, fr. II. 7; fr. III. 46, 7.
 Σεραπίοι, veteres dii facti, t. VII.

- Σεραπῖται, tertia classis populi in Panchaia, fr. III. 44, 3.
 Σεγγραῖται τῶν Έλλήνων, fr. XLIII.
 Σερία, fr. XXVI.
 Σεσίνη, t. XII.
 Σερρόνης ἔρμοικης, Euhemerus et alii atheisti, t. XIII.

T.

- Τερεστής, Euhemerus, t. VIII; t. XI; t. XX; t. XXI.
 Τεργίται, classi sacerdotum adiuncti in Panchaia, fr. III. 45, 3.
 Τετάν, filius Urani, fr. VI. 9.
 Τράπεζα τοῦ Ιού, in templo Iovis in Panchaia, fr. III. 46, 7.
 Τροπόλλιος, incolae Panchaiae, t. VII.
 Τρυφόλος, Zeus, fr. II. 6; fr. III. 42, 5; 6; *Τρυφόπος, fr. III. 43, 5; 6.

Υ.

- Τραχίς, oppidum Panchaiae, fr. III. 45, 2.

Φ.

- Φαλλός, in mysteriis Veneris, fr. XXXV.
 Φαλάσσης, quibus Euhemerus adnumeratur, t. VIII.
 Φοίνικη, fr. XLIII.
 Φοίνικη, fr. III. 42, 2.
 Φοίνιξ, arbor in Panchaia, fr. III. 43, 3.
 Φοῖς, λιογένης, t. XII.

X.

- Χαλδῆος, fr. XLIII.
 Χαλκίς, signa vel vasa ænea ante templum Iovis, fr. III. 43, 3.
 Χαροπήτη, Venus, fr. XXXVIII.
 Χάραξ, fr. X.

Q.

- *Ωκεανῖται, incolæ Panchaiae, fr. III. 42, 4; 43, 6.
 *Ωρύγης ὡραῖος, t. VI.
 *Ωκτανίς, oppidum Panchaiae, fr. III. 45, 2; fr. XXIV.

II. Pars Latina.

A.

- Acestes, fr. XXVII.
 Aeacus, fr. XLV.
 Aega (acc.) Panos uxor, fr. XXII.
 Aegiochus, Iuppiter, fr. XXII.
 Aegipan, fr. XXII.
 Aegyptius, t. XIV.
 Aeneas, fr. XXVII.
 Aether, fr. XXV.
 Aetherius, Olympus, fr. XX.
 Aglaosthenes, fr. XVII.
 Agragantinus, Euhemerus, t. XIV.
 Alexander, Polyhistor, fr. XLIV.
 Amaraeus, fr. XLVI. 5.
 Amator Veneris Cinyras, fr. XXXVII.
 Amomum, fr. IV.
 Antisthenes, fr. XLIV.
 Apes, crabronibus et sole genitæ, fr. XII.
 Apion, fr. XLIV.
 Apollo, t. IX.
 Aquila, que in capite Iovis consistit, fr. XVII.
 Ara, Cœlo aro a Iove creata, fr. XXV.
 Arabia, fr. V.
 Aratus, fr. XVII.
 Aristaeus, fr. XII.
 Aristagoras, fr. XLIV.
 Arteinidorus, fr. XLIV.
 As, mercedis nomine Veneri datus, fr. XXXVII.
 Ataburins, cognomen Iovis, fr. XXVII; hospes Iovis, ibidem.
 Attica urba, fr. XLVI. 5.
 Attis, t. XIV.

B.

- Butoridas, fr. XLIV.

C.

- Cadmus, Phoenix, auri flatus invento, fr. XLV.
 Cælus, pater Saturni, avus Iovis, fr. VII; VIII; XXV.
 Cæsar, Arati interpres fr. XVII.
 Capra figura in celo, fr. XXII.
 Caro humana, qua homines Saturni temporibus vesci solebant, fr. XIV.
 Casius, cognomen Iovis, fr. XXVII.
 Cæta insula, fr. XII.
 Ceres, Eleusinia, t. IX; soror Saturni, fr. XI; mulier Hennensis, fr. XLVI.
 Cicero, t. XVIII.
 Cinamnum, fr. IV.
 Cinyras, rex Cyprus, amator Veneris, fr. XXXIV; fr. XXXVI; XXXVII.
 Cnossus, oppidum Cretæ, fr. XXIX.
 Cognatio, Iovis fratrumque eius, fr. XIII.
 Colere, maximam partem vita, fr. XXVIII.
 Columna aurea, in qua Iuppiter gesta sua perscripsit, fr. XXIII.

Commutare, vitam, fr. XXIX.
Coningia deorum, t. XV.
Costum, fr. IV.
Crabrones, quibus apes genitie sunt, fr. XII.
Creta, insula, fr. XII; XVIII; XXIX; XLVI.
Cretenses, fr. XVIII; XLVIII, 5.
Creticus, fr. XLVIII.
Curetes, filii Iovis, fr. XXIX.
Cypris, t. XIV; fr. XXXIV; XXXVI; XXXVII.
Cyprus, fr. XXXII.
Cyrenensis, t. XIV.

D.

Delphicus, Apollo, t. IX.
Demetrius, fr. XLIV.
Demoteles, fr. XLIV.
Diagoras, t. XIV.
Diana, t. XIV.
Dictaeus, Iuppiter, t. IX, specus, fr. XII.
Dionysius, fr. XLIV.
Dispiter, Pluto, fr. XIII.
Duris, Samius, fr. XLIV.

E.

Elevarē, sortem, fr. XVIII.
Eleusin, fr. XLVI, 5.
Eleusinia, Ceres, t. IX.
Ennius, t. II; XIV; XV; fr. VII; XI; XX; XXIII; XXV; XXIX; XXX; XLVII.
Erechtheus, fr. XII.
Euhemerus, t. II; XIV; XV; XVII; XVIII; fr. VII; VIII; poeta, fr. XII; XX; XXII; XXIII; XXXI; XXXIX; XLIV; XLVII.
Euthronius, fr. XII.

F.

Fabulosa garrulitas, t. XVII.
Festa annua in honorem Iovis celebrata, fr. XXVII.
Flores, quos Panchaia terra fert, fr. IV.
Frumenta a Iove parata, fr. XXIX.

G.

Glauea, filia Saturni, soror gemina Platonis, fr. XIII.
Glunna, folliculus grani, fr. XLVII.
Gorgo, a Minerva interfacta, fr. XXX.
Greens, t. XV; fr. XXIX; XLVI; XLIX, 7.

H.

Hedera, fr. XLVI, 2.
Henna, fr. XLVI, 1.
Hennensis, fr. XLVI, t. 4.
Herodotus, fr. XLIV.
Hippo, Melius, t. XIV.
Historia, fr. XX; XXIII; XXVIII!
Historia Sacra, fr. XIV; XIX; XXVII; XXXI.
Historiae diligentia, t. XVII.
Historicus, t. IX.
Hostia, quam Iuppiter in honorem Celi totam adolevit, fr. XXV.
Huracia [ex conjectura, vulgo Aulacea], fr. VIII.
Hyacinthus, fr. XLVI, 2.
Hymettus, mons, fr. XII.

I.

Imperium, deorum, t. XV; summum in terris, fr. VII; maris Neptuno datum, fr. XXIII.
Indus, t. XIV.
Initia abstrusa Veneris, fr. XXXVI.
Inscriptiones sacre, e quibus Euhemerus historiam suam contexit, fr. XXIII.

Minerva, t. XIV; fr. XXX; XXXI; XLVIII, 3.
Molion, cognomen Iovis, fr. XXVII.
Mortes deorum, t. II.
Murra, Panchaica, fr. IV.

N.

Narcissus, flos, fr. XLVI, 2.
Natales deorum, t. IX; XV.
Naxus, insula, fr. XVII.
Neptunus, frater Iovis, t. XVIII; clam Saturno ex Ope natus, fr. XIII; imperium maris a Iove ei datur, fr. XXIII.
Nicagoras, vulgata lectio pro Nicatore, t. XIV.
Nicanor, Cyprini [ex conjectura pro Nicagora], t. XIV.
Nutrices Iovis, apes, fr. XII.
Nymphæ Phryxonides, fr. XII.

O.

Obitus deorum, t. XV.
Obsidio (abl.; nom. *obsidium*), fr. XVI.
Oceania, ubi Caelus mortuus est, fr. VIII.
Olympus, fr. XIX; XX; XXVIII.
Opinio multorum deorum, t. XV.
Ops, uxor Saturni, fr. XI; clam Saturno parit Neptunum, fr. XIII; fr. XV.
Orcus, Pluto, fr. XIII.

P.

Pachynus, fr. XLVI, 4.
Pan, maritus Aegos, fr. XXII.
Panchaicus, fr. XXV.
Panchaia, fr. IV; V; XLV.
Pandarus, fr. XLVI, 4.
Pangaeus, mons, fr. XLV.
Patrie deorum, t. IX.
Pellatis, Leo, t. XIV.

Percus, laetus in Sicilia, fr. XLVI. 1.
Persefona, Cereris filia, fr. XLVI. 1.
Pessumacta etate, fr. XXIX.
Phallus, fr. XXXVI.
Pharia, Isis, t. IX.
Phoenix, Cadmus, fr. XLV.
Phryxonides nymphæ, fr. XII.
Pluto, frater Iovis, t. XVIII; filius
Opis, frater geminus Glaucae, fr.
XIII; dives rusticus, fr. XLVI.
Polyhistor, Alexander, fr. XLIV.
Proserpina, fr. XLVI. 1.
Provinciæ, per quas Euhemerus na-
tales et sepulera deorum mon-
strat, t. IX.

R.

Reges, primi ac maximi, dii facti,
t. XV., hospitio eum Iove con-
iuncti, fr. XXVII.
Res gestæ deorum, t. XV.
Bitus annui in honorem Iovis cele-
brati, fr. XXVII.
Rosa, fr. XLVI. 2.
Rusticus dives, Pluto, fr. XLVI.

S.

Sacra Historia, fr. XI; XVII; XXV;
XXIX.
Sacra scriptio, fr. XIII.
Sacrificium a Iove factum, fr. XVII.
Samius, Duris, fr. XLIV.
Sapientium scripta, t. IX.
Saturnus, pater Iovis, t. XVIII; fr.
VII; XI; XII; XV; XVIII; XX;
XXIX.
Scortum, fr. XXXVII.
Scripta, historicorum et sapientium,
t. IX.
Scriptores, Graecie quos θεολόγος
nuncupant, t. XV; Romani, qui
in theologia Graecos secuti sunt,
ibid.

Secretum, Veneris Cinyrae traditum,
fr. XXXVII.
Secus = secundum, fr. XXIII.
Secus = sextus, fr. XI.
Sella Cœli, mons in Panchaia, fr.
XXV.
Seminare religionem per orbem ter-
ræ, fr. XXVII.
Sepulera deorum, t. IX; XV.
Sepulcrum Iovis, fr. XXIX.
Sepultaræ deorum, t. II.
Serapis, t. XIV.
Sicilia, fr. XXVIII.
Sidera a Venere Mercurio demon-
strata, fr. XXXIX.
Silenus, Liberi pedagogus et sacer-
dos, fr. XLVIII. 4.
Sol, apes crabronibus et sole genita,
fr. XII.
Sos = eos, fr. XVI.
Stilbon, stella, fr. XXXIX.
Stirps, Iovis fratrumque eius, fr.
XIII.
Sus Minervam, fr. XXXI.
Syracusæ, fr. XLVI. 4. 5.
Syracusanus, fr. XLVI. 4.

T.

Templa antiquissima, fr. XXIII.
Templum, Triphylii Iovis, fr. V; a-
Cinyra Veneri adificatum, fr.
XXXVII; in honorem Plutonis et
Proserpine, fr. XLVI. 4.
Thebae, fr. XLIX. 6.
Theodorus, Cyrenensis, t. XIV.
Thessalia, t. XII.
Thoas, auri flature inventor, fr.
XLV.
Titan, fr. XI; XV.
Titane (plur.), fr. XLVIII. 2.; Ti-
tanas (acc.) ibid. et fr. XVII.
Titonus (Titana'), fr. XVI; Titani
(gen.), fr. XVI; Titanum (acc.),
fr. XVIII.

Tituli sacri, fr. XXIII.
Triphylius Iuppiter, fr. V; XXIII.
Triptolemus, viliens Cereris, fr.
XLVI. 4.
Tritium a Cerere in Attica divisum,
fr. XLVI. 5.
Tura, Panchaica ligno sudata, fr. IV.

U.

Uranus, pater Saturni, fr. VII.

V.

Varro, fr. XXXI.
Venus, t. XIV; meretrix, fr. XXXII;
XXXIV; XXXVI; XXXVII.
Vergilius, fr. XX.
Vesta, uxor Urani, mater Saturni,
fr. XI; XXIX.
Violæ, fr. XLVI. 2.

Addenda.

Opusculum meum typographo iam traditum erat, cum me vir clarissimus, Aemilius Thewrewk de Ponor, Euhemeris nomen apud Ampelium a Zinkio (in ephem. *Eos* II. p. 322.) probabili conjectura restitutum esse amice admonuit. Locus est in *Libri memorialis* cap. IX. (ed. Wœlflein): «Martes fuere duo: primus ex* Enoposte, ut eum Homerus ait, et noster Mars* Leucarpis et alter Mars* enius; secundus ex Jove et Junone». Ubi Zink corruptelam *cum Homerus* in *Euhemerus* mutandam esse recte vidit. In quo maxime dolemus ita corrupta esse cetera, ut de emendatione loci plane desperandum sit. Ceterum cf. Wœlfleini commenta in pries. editionis: «primus ex *Enyo* poste ***; secundus ex Jove et Junone, ut eum Homerus dicit, est noster Mars seu *Marspiter* et alter Mars *Enyalius*». Contra Zink locum huncce in modum in genuinam formam restituere temptavit: «primus ex ** et *Enyo** poste (prosatus?), ut *Euhemerus* ait, Mars *Enyalius***; secundus ex Jove et Junone est noster Mars seu *Marspiter*.»